





REPORT

OF THE

COMMISSIONERS

OF THE LAND OFFICE



LABORES

QVINQVAGINTA

CHRISTI

SERVATORIS

VIRGINIS MARIAE

MATRI DEI



LABORES

QUINGVAGINTA

CHRISTI

SERVATORIS

LABORES
QVINQVAGINTA
CHRISTI
SERVATORIS

Excerpti è Libro R. P. FR. THOMAE A IESV
Eremitæ Augustiniani,

Et ad hram traducti

A SALVATORE MESQVITA LVSITANO.

Auspicijs

BEATISSIMAE
VIRGINIS MARIAE
MATRIS DEI.



ROMAE, Typis Philippæ Mariæ Mancini. M. DC. LXV.

Superiorum permissu.

LABORES

QUINQUEM

CHRIST

SERVATORES

EXHIBIT B. R. ROMAN & SONS

Journal of Management Education 34(1)

1998, 1999, 2000, 2001, 2002, 2003, 2004, 2005, 2006, 2007, 2008, 2009, 2010, 2011, 2012, 2013, 2014, 2015, 2016, 2017, 2018, 2019, 2020, 2021, 2022, 2023, 2024, 2025, 2026, 2027, 2028, 2029, 2030, 2031, 2032, 2033, 2034, 2035, 2036, 2037, 2038, 2039, 2040, 2041, 2042, 2043, 2044, 2045, 2046, 2047, 2048, 2049, 2050, 2051, 2052, 2053, 2054, 2055, 2056, 2057, 2058, 2059, 2060, 2061, 2062, 2063, 2064, 2065, 2066, 2067, 2068, 2069, 2070, 2071, 2072, 2073, 2074, 2075, 2076, 2077, 2078, 2079, 2080, 2081, 2082, 2083, 2084, 2085, 2086, 2087, 2088, 2089, 2090, 2091, 2092, 2093, 2094, 2095, 2096, 2097, 2098, 2099, 2100, 2101, 2102, 2103, 2104, 2105, 2106, 2107, 2108, 2109, 2110, 2111, 2112, 2113, 2114, 2115, 2116, 2117, 2118, 2119, 2120, 2121, 2122, 2123, 2124, 2125, 2126, 2127, 2128, 2129, 2130, 2131, 2132, 2133, 2134, 2135, 2136, 2137, 2138, 2139, 2140, 2141, 2142, 2143, 2144, 2145, 2146, 2147, 2148, 2149, 2150, 2151, 2152, 2153, 2154, 2155, 2156, 2157, 2158, 2159, 2160, 2161, 2162, 2163, 2164, 2165, 2166, 2167, 2168, 2169, 2170, 2171, 2172, 2173, 2174, 2175, 2176, 2177, 2178, 2179, 2180, 2181, 2182, 2183, 2184, 2185, 2186, 2187, 2188, 2189, 2190, 2191, 2192, 2193, 2194, 2195, 2196, 2197, 2198, 2199, 2200, 2201, 2202, 2203, 2204, 2205, 2206, 2207, 2208, 2209, 2210, 2211, 2212, 2213, 2214, 2215, 2216, 2217, 2218, 2219, 2220, 2221, 2222, 2223, 2224, 2225, 2226, 2227, 2228, 2229, 2230, 2231, 2232, 2233, 2234, 2235, 2236, 2237, 2238, 2239, 2240, 2241, 2242, 2243, 2244, 2245, 2246, 2247, 2248, 2249, 2250, 2251, 2252, 2253, 2254, 2255, 2256, 2257, 2258, 2259, 2260, 2261, 2262, 2263, 2264, 2265, 2266, 2267, 2268, 2269, 2270, 2271, 2272, 2273, 2274, 2275, 2276, 2277, 2278, 2279, 2280, 2281, 2282, 2283, 2284, 2285, 2286, 2287, 2288, 2289, 2290, 2291, 2292, 2293, 2294, 2295, 2296, 2297, 2298, 2299, 2300, 2301, 2302, 2303, 2304, 2305, 2306, 2307, 2308, 2309, 2310, 2311, 2312, 2313, 2314, 2315, 2316, 2317, 2318, 2319, 2320, 2321, 2322, 2323, 2324, 2325, 2326, 2327, 2328, 2329, 2330, 2331, 2332, 2333, 2334, 2335, 2336, 2337, 2338, 2339, 2340, 2341, 2342, 2343, 2344, 2345, 2346, 2347, 2348, 2349, 2350, 2351, 2352, 2353, 2354, 2355, 2356, 2357, 2358, 2359, 2360, 2361, 2362, 2363, 2364, 2365, 2366, 2367, 2368, 2369, 2370, 2371, 2372, 2373, 2374, 2375, 2376, 2377, 2378, 2379, 2380, 2381, 2382, 2383, 2384, 2385, 2386, 2387, 2388, 2389, 2390, 2391, 2392, 2393, 2394, 2395, 2396, 2397, 2398, 2399, 2400, 2401, 2402, 2403, 2404, 2405, 2406, 2407, 2408, 2409, 2410, 2411, 2412, 2413, 2414, 2415, 2416, 2417, 2418, 2419, 2420, 2421, 2422, 2423, 2424, 2425, 2426, 2427, 2428, 2429, 2430, 2431, 2432, 2433, 2434, 2435, 2436, 2437, 2438, 2439, 2440, 2441, 2442, 2443, 2444, 2445, 2446, 2447, 2448, 2449, 2450, 2451, 2452, 2453, 2454, 2455, 2456, 2457, 2458, 2459, 2460, 2461, 2462, 2463, 2464, 2465, 2466, 2467, 2468, 2469, 2470, 2471, 2472, 2473, 2474, 2475, 2476, 2477, 2478, 2479, 2480, 2481, 2482, 2483, 2484, 2485, 2486, 2487, 2488, 2489, 2490, 2491, 2492, 2493, 2494, 2495, 2496, 2497, 2498, 2499, 2500, 2501, 2502, 2503, 2504, 2505, 2506, 2507, 2508, 2509, 2510, 2511, 2512, 2513, 2514, 2515, 2516, 2517, 2518, 2519, 2520, 2521, 2522, 2523, 2524, 2525, 2526, 2527, 2528, 2529, 2530, 2531, 2532, 2533, 2534, 2535, 2536, 2537, 2538, 2539, 2540, 2541, 2542, 2543, 2544, 2545, 2546, 2547, 2548, 2549, 2550, 2551, 2552, 2553, 2554, 2555, 2556, 2557, 2558, 2559, 2560, 2561, 2562, 2563, 2564, 2565, 2566, 2567, 2568, 2569, 2570, 2571, 2572, 2573, 2574, 2575, 2576, 2577, 2578, 2579, 2580, 2581, 2582, 2583, 2584, 2585, 2586, 2587, 2588, 2589, 2590, 2591, 2592, 2593, 2594, 2595, 2596, 2597, 2598, 2599, 2600, 2601, 2602, 2603, 2604, 2605, 2606, 2607, 2608, 2609, 2610, 2611, 2612, 2613, 2614, 2615, 2616, 2617, 2618, 2619, 2620, 2621, 2622, 2623, 2624, 2625, 2626, 2627, 2628, 2629, 2630, 2631, 2632, 2633, 2634, 2635, 2636, 2637, 2638, 2639, 2640, 2641, 2642, 2643, 2644, 2645, 2646, 2647, 2648, 2649, 2650, 2651, 2652, 2653, 2654, 2655, 2656, 2657, 2658, 2659, 2660, 2661, 2662, 2663, 2664, 2665, 2666, 2667, 2668, 2669, 2670, 2671, 2672, 2673, 2674, 2675, 2676, 2677, 2678, 2679, 26

ANALYTICAL CHEMISTRY

1426

NAME INDEX

VIRGINIA

MAY 18 1915





AD BEATISSIMAM
VIRGINEM
DEIPARAM
VOTIVVM CARMEN.



VIS mihi præcipui, sacri quis carminis
Author?
Quisue meas ducet tenero modulamine,
voces?

Num Geticam reuocabo chelym? num dulcis Arion
Plectra dabit? steteruntque altæ quo carmine Thebæ
Con-

Consurget nostri moles operosa laboris?
Hinc procul Aonii mendacia grata soporis,
Este procul: maius video consurgere Numen.
Enituere poli, totumque in lumine prorsus
Splendet opus: video Coelo delapsa sereno
Sidera, & hinc totam spirant praeordia Diuam.
Tu mihi Parthenias inter pulcherrima Turbas
Virgo nites, Caeli Moderatrix, Arbitra Mundi
Stella maris, Pacis Pignus, nostraeque salutis
Anchora, Spes, Vellus Gedeonis, & aurea Caeli
Ianus, Davidici Turris pulcherrima Templi,
Virgo Parens, Verbi Genitrix: cui prima Parentum
Nulla fuit labes, duodeno sidere frontem
Cui redimit Diuinus Amor, quæ colla Colubri
Impia Tartarei, niuea premis inclyta planta:
Tu mihi cælestes modulos, tu carminis aurum
Virgo dabis, melius Duce te, lyra nostra canoros
Docta sonos, teneris modulatibus impleat astra.
Tu potes (atque hæc est animi fiducia nostri)
Fatidica Cephison aqua, fontemque sororum
Instillare labris; nostræ dare laurea fronti
Serta, coronato non concessura Maroni.
Tetangente, Chelys, resonabunt plectra, mouente
Dulcibus interpuncta modis. Tu nobilis Esther,
Tu potes Assueros teneræ modulamine vocis
Vincere, & effusos compescere Virgo furōres.

Tu

Tu mihi dà facilem diuina in carmina Phoebum :
Quo mea Strymoniu superent modulamina plectru.
Diua faue, fidibusque meis, precibusque benigna
Annue, si qua manet sacri mihi causa laboris.
Quod canimus sit Virgo tuum, tuaque omnia Virgo.
Iesseos quando fas est cecinisse labores
Mater ades, nulli melius vouisse iuuabit
Quã tibi, cui quõdam (heu lachrimę) trãsfixa dolore
Corda rigent, dum Diuinus per vulnera Natus
Raptus amore ruit. Tuus, ò Medicina dolorum,
Ille labor, tuus ille dolor, tua vulnera, sanguis
Ille tuus, sæuo Ifacidum quem ducta furore
Fudit Turba fremens; quantum pia Virgo doleres,
Tu tibi tantorum sis conscia sola laborum.
Quis tibi per tantas Virgo ò suprema procellas
Horror ijt? quantas Diuino in corpore pœnas
Sensit amor? riguere fibris obducta cruentis
Corda, pares hausit Mater, Natusque dolores.
Ingemuit? gemis. Aeterno suspirat ab ore?
Suspiras tũ Virgo simul. Scelerata fuorum
Criminadãt lachrymas? plãctus tibi noxa ministrat.
Conspuitur? tuus ille rubor. Sulcata flagellis
Sanguine terga fluunt? tuus est cruor ille; flagellum
Materno properat iaculari verbera cordi.
Ve prius insultant capiti? sua ferta Parenti
Ira dedit. Fessos humeros trabs longa fatigat?

Et

Et tua terga premit: Cadit, ingemit? obruit & te
Machina feralis. Ferrato dente tigillo
Figitur? illa tuos ferit impia cuspis amores,
Transfigitque sinus. Pendet? lacerataque ligno
Membra librat? pendent vultus, præcordia pendent
Virgo tibi, nutatque dies, animumque flagellant
Hinc, atque inde cruces. Moritur? morituraque, lægues.
Ah quis perpetuis lachrymis modus? obrue saxa
Crimine plena Virum: sed saxa loquacia crimen
Exposuere Virum: ruptoque in foedere Mundi
Mille ruinarum vultus, & mille tumultus
Incestata dedit fremebundo germine Tellus:
Virgo tuos nimium Tellus miserata dolores.
Exululât Rhodopes iuga barbara, & ingemit Aemus,
Et caligantes terror præstinxit Athenas.
Quis tibi tunc animus crudeli in funere prolis,
Prolis adorata? tenero suspiria ab ore
Qualia? & arcanum stringentia fulmina pectus?
Vulnera quis sacri sumpsit de corpore Nati
Inque tuam transfusa animam nouus arietat ensis?
Languebas stipata rosis, & amore cadebas,
Sed pro! quo pretio murex stetit ille rosarum!
Ergo tuos canimus, Cæli ò Regina, labores.
Hinc tibi Diua tuos sacramus Virgo dolores.
Tu dextram, mentemque moue: dicam effera sæui
Instrumenta mali, fufos per tela cruores

Diui-

Diuinos referam, lacrymis miscere iuuabit
 Sanguineos latices, & singultantia verba
 Verberibus, iuuat immenso indulgere dolori.
 Nostra quidem tanto succumbit Musa labori;
 Sed tu Virgo faue, votisque allabere nostris;
 Sitque tuum, quod cernis opus: mea carmina Virgo
 Te norint venisse Deam; meliorque camæna
 Spernat Arionium sacro sub pectine plectrum.
 Flectam Parthenijs adamantina corda pruinis.
 Si rigeant, lachrymas dabimus, suspiria planctus;
 Quos neque forsan amor flectet, nec funera Christi,
 Cruxue animos, tantæ flectet reuerentia Matris.
 Magnum opus aggredior, sub quo vel maxima Vatū
 Turba laboraret, minor & sub pondere tanto
 Succubuisset Atlas: noster tibi supplicat ardor,
 Da mentem, viresque pares, quo nostra laceſſant
 Bistonias pia plectra fides; det blanda medullis
 Argumenta dolor; teneroque in carmine, sensus
 Molliat ille meos, sacros præcordia amores
 Docta, tuū spirent MARIA ò dulcissima IESVM.
 Deuotum tibi, surgit opus: si surgere detur,
 Debemus tibi Virgo melos; consueta vocari, (mum
 Virgo iterū mihi Virgo faue, MARIA Eque supre-
 Carminibus nostris scribetur gloria NOMEN.

[The page contains faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side.]

LECTORIPIO

Elegia.



Nier singultus animæque labantis amores;
Hic ego te paucis Lector amico volo.
Carmen habes, lachrymasq; simul: si flere iuuabit.
Carmen ama; lachrymas, si cecinisse iuuat.
Insignem Thomæ à Iesu modo nacta libellum
Dextera, Diuinus dum mouet ora labor:
Vidit, & obstupuit; Christi que laboribus auctas
Credidit æterni ponderis esse notas.
Nobilitate potens, virtute potentior, illum
Inter Maurorum scripserat arma Pater:
Carcere in obscuro nitidos pius explicat ignes,
Quos dat Relligio, quos pietatis amor.
Nempe suum referens in nomine, & omine Iesum,
Non prius exposuit, quam bene doctus opus.
Lusiacas contempsit opes, & diuitis aule,
Nobiliumque vices pauper Eremitæ obit.
Nempe Augustino, Augustæ cessere vocanti
Illecebræ, claustris castra, sagumque togæ.
Pauper, amans: pius exardet, totusque in Iesu
Nomine quem retulit, corde & amore sedet.
Cum Maurusiæ Rex Lysius arma Sebaestes

*Inferret, Mauros edomitura, plagis:
 Moribus insignem Thomam, pia pignora, Classi
 Præposuit nautis, militibusque Patrem.
 Sternitur, heu lachrymæ! Maurorum cæde Sebaſtes,
 Afrorum & Thomas vincula dura ſubit.
 Et quamvis potuit Libycis dare terga cauernis,
 Haſ tamen, & ſocios Relligionis amat.
 Hic Seruatoris meditatus mente labores,
 Inſcriptas lachrymis tranſtulit in tabulas.
 Hoſ ego Pierio ſtatui plorare cothurno;
 Hoſ ego caſtallo fonte madere volo.
 Thomæ ordo; (Luſus Luſum ſequor) aurea Chriſtus
 Materies, lachrymæ carmina noſtra. Vale.*



IN AVTHOREM.

Admodum Reuerendi Patris
FR. FRANCISCI S. AVGVSTINO
MACEDO.

EPIGRAMMA.

QVIS nouus hic cithara resonante auditur Ioppas?
Sanctius omnigena qui ciet arte modos
Hic vere errantem Lunam, Solisque labores
Personat, atque pia pulsar amore fides
Virginis errores, & tedia longa viarum,
Quæque timez Nato seu pericla canit
Dulcius ad Christi conuertit plectra labores,
Quos hic perpetuos passus adusque crucem.
Sic lacrymas numeris, suspiria versibus addit,
Vt gemat ille canens, ut canat ille gemens.
Omne genus penè patiens consumpsit Iesus:
Hic flens consumit carminis omne genus.
Sanguinis hoc miscens lacrymarum & carmine riuos,
Fecit quod Christi fecerat ante latus.

IN AVTHOREM

Admodum Reuerendi Patris Ignatij Bompiani
Societatis Iesu.

EPIGRAMMA.


Saluator patitur : narrat Saluator. Verique
Est labor. Hic calamo, corpore at ille gemit.
Hic atramentum fundit: madet ille cruore
Diuino. Hic discit, quod docet ille pati.
Sic bene Saluator cum Saluatore laborat.
Hic hominis partes exhibet, ille Dei.



SALVATORIS MESQVITAE POEMA. 1

De Quinquaginta Christi Saluatoris Aerumnis.

Numen erit, qui Numen amat. Vertumnus Amātes
Vertit in id quod amant prodigiosus Amor.
Prodige Amans, Hominem effugiat Deus. Imperu Amoris
En Deus humanam versus in effigiem est?
Quantus amas, Mesquica, Deum, Saluator, Iesum!
Sanguinolenta Dei vulnere quantus amas!
Orpheus Aerumnas, vitamque, necemque Torantis
Versibus ingeminas: Teque Deo geminas.
Mente in amante diu latet erumnosus Iesus.
En, quod mente latet, prodit Amoris opus.
Clavos, Sputa, Vepres, Hastamque, Crucemque, Necemque
Omnia mens tua fert, qua Deus ipse tulit
Omnigenum est carmen? Deus est lugendus Amanti
Omnibus & metris, omnibus & lachrymis
Crescat, Io, Vati sua gloria. Saluatoris
Quam bene nomen habent carmina. Numen habent.



Hieronymus Petruccius
Societatis Iesu.

Iesu

*Iesu Christi Redemptoris Nostri Labores post P. T. Thome
à Iesu profaicum opus*

*A Domino Salvatore Mesquita
Nobili adolescente varijs carminibus eleganter
comprehensi.*

S. C. A. Z. O. N.

C*hristi Labores stent duo, atque describunt, iugiter
Verbis solutis, alter, aliter astrictis,
Mouendi uterque cordis artifex mirus,
Dolore fundens, vel stupore compingens,
Sic iure Christum, qui gemini representant,
Thomas & hic à Iesu, & ille Saluatori.*

*Jacobus Albanus Ghibbesius. In Alma
Vrbjs Sapientia Elegentia Professor.*



Idem

In

In Fratrem

SALVATOREM A. MESQUIT A

Martini Mesquitæ

EPIGRAMMA.

QVIS nouus hic cecinit lacrymarum ad flumina Cy-
gnus?

'Dulcius' infuetis, qui ferit astra modis?

Occiduis enatus aquis, undantia Soli

Debuit è lacrymis soluere iusta suo.

An quod Caluarie respondet Pindus? & vltro

Funereas reddit flebilis Echo notas?

Crux abit in Plectrum. Funes, hastilia; chordas,

Et pectus mæstis edidicere modis.

Siue canit, gemitus sunt argumenta canenti:

Siue gemit, cantus miscet ubique dolor

Estque operæ pretium suspiria versibus addi:

Aura laborantes vix tenet illa pedes.

Sic Seruatorem vates imitatur Iesum

Omen vix accipiat, qui bene nomen habet.



IN QVINQVAGINTA CHRISTI LABORES
A SALVATORE MESQVITA

Carminibus deploratos

A L E C T O R I

Ioannis Mesquitæ Fratr̃is

E P I G R A M M A.

Quem cernis mēsto peraratum pollice librum
Hic Saluatoris meta laboris amor.
Concinit; at melius fletu modulatur: & undas
Carmen habet; quando limina Jena negant.
Hinc canit, & patitur; Crux Seruatoris, amanti
Dat Vati Cythara nobiliore frui.



Sal.

Saluatori Mesquitæ Fratri .

DIVINI SALVATORIS LABORES

Labore poetico elaboranti .

QVI *Laborum Redemptoris memoriam amabilem
reddat Concentu:*

*Omnigenum ærurnarum genus
explicat*

Omnigena Carminum harmonia .

Qui

Ita canit, ut flere videatur ,

ita flet ,

*Ut carminibus nullus
videatur potior sensus .*

conuenire, quam

placatus.

Qui Musas ethnicas orthodoxas fecit,

Et seruire Deo

Coegit .

Quem

Mira lex carminis commendat,

Pietas

Non affectata, sed innata attollit;

Cui

Lachrymæ
Melio rem Pierio fontem
Aperiunt:
Susspiria, potiores Apollineis
afflatus inspirantis

Gemitus
Certio rem de affectibus victoriam
pollicentur.

Huic ergo Musarum oculo,
Corculo, Amori,

Virginus Mesquita frater
amantissimus
nouennis

Soluta numeris oratione
(quando stricta per ætatem
non licet)

Hoc obsequentis animi
monumentum D.D.Q.



ADMO-

ADMODVM R. P. M. FR. FRANCISCA
SANCTO AVGVSTINO MACEDO
Franciscani ex obleruantia, Prouinciæ
Lusitaniæ, Lectoris Iubilati, in Col-
legio de Propaganda Fide,
Controuerſiarum, & in
Alma Urbis Sa-
pientia Hi-
ſtoriæ Eccleſiaſtiçæ Magiſtri,
& S. Officij Romę
Qualifica-
toris.

C E N S V R A.



E mandatu Reuerendiſſi-
mi Patris Hyacinthi Li-
belli Magiſtri Sacri Pala-
tij perlegi, & recognoui hoc opuſcu-
lum Poeticum Authore Saluatore à
Meſquita, nihil eſt in eo non pium,

non sanctum, non plenum sensibus
immortalis animi, sese ad æternita-
tem comparantis. Id mirabile, vin-
ciri legibus carminis curas tam no-
biles, & ad numeros versuum accom-
modari suspiria, & gemitus respon-
dere concentui. Stupet hic Poetica
licentia, dum se ad religionem tradu-
ctam videt retenta, & in melius con-
uersa voluptate. Didicerunt Mu-
sæ seruire Aris, seque maculare Chri-
sto. Casti fontes hic erumpunt, non
Castalij. Parnassus in Caluariam
transijt. Diuino numine afflatus va-
tes cælesti Lectores suos aura per-
flat, quæ pios excitat affectus inno-

centis plectri iucunditate. Iuuat pu-
ra phrasis: dulces modi: numeri sua-
ues grata varietate conditi. Augetur
pietas elegantiâ: alitur ignis cælestis
splendore verborum. Iusto pulsui
fidium concinit virtutum harmonia.
Ecquis crederet tam inter se leges
Poeticæ, & sanctimonix conuenire?
Debemus hoc adolescenti nobili, &
studioſo, quod hoc opere suscepto,
& confecto, docuit non eſſe alienam
Poeticæ facultatē à Chriſtiana pie-
tate, & artes liberales eſſe, quæ ſe Re-
ligioni donant, eique fiunt obnoxix:
& ultra liberales liberas cum Deo
ſeruiunt: Virtutē non eſſe tetricam,
tristem-

tristemue, cum vel hilariter canendo
possit vnusquisque ad pietatem pro
ficere. Ac perinde esse ei, qui Deum
diligat, ad eius gloriam mugihari, vel
meditari. David & Psalter, & sanctus
fuit. Hymnum Christus imminente
Passione dixit. Imo, & in Cruce Psal
mum recitauit. Quare censeo Poe
ticum hoc opus esse Christiana, &
Scholastica fore & recipio, neminē,
qui illud legat, iacturam temporis
facturum. Authōr orandus, vt per
gat ire cantando. hoc enim cantu
Tartareus Anguis rumpitur. Hoc
meum esto verum, sincerū inque ius
diciū. Romæ in Collegio de Pro

-mollis

pagan-

paganda Fide xj. Kal. Maij. Anno
M. DC. LXV.

Frater Franciscus à S. Augustino Macedo.



Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, possibly containing the word "DOLLA" and some numbers.







Imprimatur, si videbitur Reuerendis. Patri Magistro Sac.
Palatij Apostolici.

O. Archiep. Patracen. Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatij Apostol.
Magist. Ordinis Prædicatorum.





Printed and Published by J. M. Smith, at the Office of the
American Museum of Natural History, 100th Street, New York.

U. S. Nat. Museum, Wash. D. C.

Am. Mus.

Am. Mus.

Am. Mus.

Am. Mus.



INCHRISTI
DOMINI
LABORES.
PRO OMNIVM.

 Mihi Dircei quoniā modulamina Plectri
Non queo, Dirceas ferre liceret aquas.
His ego Thebano plus corda rigentia saxo
Mollirem, ad lachrymas facta tenella meas
Et lachrymę sua plectra docent: suspiria, cantus,
Pro fidibus planctus sæpe diserta notant.
Ecquis Diuino Alcides succedet Atlantī?
Currite: Diuinus quippe laborat Amor.
Nascitur, impetitur, fugit, ingemit, esurit, ardet,
Coeditur, emoritur, spernitur, ambit, amat.
Heu quis adorato non fixerit oscula ligno,
Quo stetit eterno pignore nostra salus?
Nos quoque Diuinos comitamur sponte labores,
Noster vt hoc multus foenore crescat amor.
Seu duro rigeat mens obdurata veneno;
Mulcebunt Elegi pectora, saxa, gelu.
Seu fremat impietas, pietatem indicet Iambus:
2VMLAT . A Et

Et tragicis flectet corda cruenta modis.
 Quod furor obdurat, lyra temperet: effera blandis,
 Mollibus assuescent aspera carminibus.
 Non ego quod credam mitescere marmora posse
 Hęc scribo, solido nanque adamante rigent.
 Carmina scripserunt lachrymę, suspiria versus,
 Singultusque fibris edita cordis arant.
 O' si forte ferant perarata noualia fructus,
 Et perfulcatus semina reddat ager!
 Insignis Thomę pietas mihi pręstitit agros:
 Hos ego Pierio fonte rigare volo.
 Pręstet vtrum? flendo versus, lachrymasne canendo
 Fundere, Diuinus corda docebit Amor.
 Hoc ego. Coelestis per vulnera cęditur Agnus:
 Palpitat, & nostris consulit ille bonis.
 Membra fame, exilijs, odijsque labantia cernis:
 Spiritus humano crimine vbique gemit.
 Ecquis non regemat, geinitus si saxa dedere?
 Plusquam Amphionio saxa diserta sono:
 Vel saxo fera corda rigent, Amphionai duro
 Aut adamante, Agni robora sanguis habet.
 Incipe Diuinus numeremus Musa labores,
 Si par est humeris sarcina tanta tuis.

PRIMVS

CHRISTI LABOR

Heroico Carmine descriptus.

Præfatio Cruciatuum.

Postquam præcipites violata lege Parentes
 In vetitum cecidere nefas, tunc causa malorum.
 Obstans humanis immanis semper Auernus
 Auspicijs, acies scelerum diffudit in Orbem,
 Quæ solum frangi diuino sanguine possent.
 Hinc Pater Æternus celesti captus amore
 Natum immortalem moriturum, misit in Orbem.
 Vt primum sacre conceptus Virginis aluo
 Non operante viro, sancti sed flaminis aura est:
 Continuo ante oculos iras, tormenta, necemq;
 Vidit, & immensum pressit sub pectore pondus:
 Annuit, & mandata Patris sub corde refixit.
 Ingemuit Phlegeton, rabide ingemuere phalanges.
 Tunc primum Mundi auxilium, tunc prima voluptas,
 Tunc & ab inferno coeperunt hoste trophæa:
 Hic, hic, verus amor, mortales pandite laudes
 Verus amor Christus; ligni cui non cruce visa

*Mille cruces diris cruciatibus undiq. plenas ,
 Diuino placuit præuisas ponere collo
 Humana fabricante manu; si criminis umbra
 Fædatura meum sit sæpius horrida Solem;
 O' ego si numquam venissem solis ad oras!
 Christe meis lachrymis intende, intende querelis :
 Tuq; Parens Virgo tanti miserere laboris
 Mortuus ut Mundo tibi viuam : hæc vota benigna
 Accipe, flecto genu, & Natum reuerenter adoro .*

S E C V N D V S

CHRISTI LABOR

Elegis decantatus .

Loci exiguitas in quo nouem mensium spatio vixit.

L *Abitur in Terras Diuinus ab axe Puellus,
 Vt Mundum aspiciat deserit ecce Polum .
 Non sibi vult Turres, nec regia tecta requirit ,
 Sed tantum querit Virginis ipse sinum .
 O' magnum pietatis opus ! Qui Regna, domosq;
 Plantauit, parua nunc iacet in casula .
 Scit modulos Diuinus Amor, queis spiret amorem ,
 Pro*

Pro pennis penas, quæis volitaret, habet.
 Humanum corpus, diuino corde ligauit,
 Corpore tormentum, gloria corde sedet.
 Sed tali hoc posuit deductum ex ordine: ut ipsum
 Gloria non corpus sacra leuare queat.
 Hinc & Natus Adæ voluit simularier, atq;
 Vt similaretur corpore paruus adest.
 Hinc est maior Amor, penas quas passus in aluo est,
 Non alios pueros iussit ubiq; pati.
 Quis meritas reddet tanto pro munere grates?
 : Quis non hoc tantum munus amare sciat?
 O' utinam pluerent in nos tormenta, necesq;
 Quæis noster semper crescere posset amor!
 Tu potes humanos animos conuertere Virgo,
 Diuinaq; manu dona beata dare.
 Ergo mihi veniam da Virgo, teq; Patremq;
 Cum Nato, sacro cernere posse Polo.

TER.

T E R T I U S

CHRISTI LABOR

*Sapphiciis permixto**Adonio explanatus*

Nouem mensium spatio Amorem detinet .

E Polo lapsus Dominator Orbis,
 Deserit Cælum, nitidasq; sedes,
 Ut pius Mundo reseret salutem,

Munere tanto:

Ardet, & sacrum reprimat furorem
Ipse Amor: quantum Deus, beu, laborat
Dum nec ardendo potis est fauillam

Mittere flammæ.

Flamma quæ sacra retinetur aluo,
Orbis immensos homines potentis
Possit, hac solum reserante Mundum

Vrere totum .

Christus ardentes cobibet furores :
Hic labor magnus retinere sese,

-IT

Quip-

LABORES.

7

Quippe quid Christus nisi amoris Author

Dicitur esse?

O labor magnus! retinens amorem,

Ut magis raptus magis ipse veram,

Possit in Mundum iaculari amanti

Pectore flammam.

Ast hic est maior labor, en amicas

Cogitur Christus retinere flammam,

Namque dum sero venit ipse, tempus

Sero retardat.

Hinc tibi grates meritas benigne

Reddimus Iesu; petimusque vocis

Ut pius nostra assiduo peruras

Pectora amore.

Q V A R T V S

C H R I S T I L A B O R

Asclepiadeis inserto Gliconio expositus.

Natiuitas Domini. & corporis labores.

IAM Sol flammigeris emicat ignibus
Diuinus, radios spargit, & undique

Lucens

*Lucens stelliferis lucibus illico
Orbem luce replet sua.*

*Sed primum radios, lumina, sidera,
Celat pauperie pressus ab impia
Non hic tecta sibi magnifice cupit,
Sed natus iacet ipse humi.*

*Huc huc Cœlicolum currite nunc Chori,
Cœlestes procures huc moueant gradus,
Cantus huc properent, hic Cytharæ sonent
Namque hic altionans Deus.*

*Hæc seuit rigidis quam cruciatibus,
Intempesta comas asperat horridas
Brumis tristis hyems, & niueo exarat
Crines pectine frigidus.*

*Ardes Pupe tamen : scit niuibus focus
Observare fidem; frigora, brumaque
Corpus non tenerum lædere conscia
Cedunt ignibus en tuis.*

*Ecquis iam meritas reddere sit potis
Grates Christe tibi? Pectora concrema
Iesu, meque tuo connumera choro
Toto ut tempore te fruar.*

Q V I N T V S

C H R I S T I L A B O R

*Senarijs deploratus Iambis**Lachrymę.*

Q Vicumque Mundum sequitur, & falso Potens
 Dominatur Orbe, nec sacrum metuit Deum
 Te videat O Iesu pie: nec umquam dedit
 Documenta Fors maiora, quàm loco infimo
 Superbus amplam poneret sedem suam.
 Quàm letus ille viuit, & nihil timens,
 Te spernit impius; ebibit planctus tuos
 Dulcis Redemptor: quis negat planctus mihi?
 Quis prohibet oculos? flumina quis oculis negat?
 Mibi flere liceat: lachryma me prius lauet.
 Te nil sacrate cogit ad fletum Puer.
 Sed fallor: heu te cogit infandum scelus,
 Te nostra cogunt scelera; te pietas mouet.
 Heu, Heu Redemptor! Heu pius, nimis pius!
 Tu nostra luges scelera, tu nobis amor.
 Dominus Olympi, Summe Diuorum Pater,

B

Mode-

*Moderator Orbis, Terror inferni Chaos ,
 Precibus adesto, fletibus pius meis .
 Mortale cernis pectore trementi genus ,
 Absterge noxas, dilue & sordes meas .
 Extorquet unum flumina tot, amens scelus:
 Extingue Christe fulmine hoc caput, aut prius
 Da flere noxas, flere da lachrymas tuas .
 O si perennes funderet fontes caput ,
 Et quo bibisse ferimur infernam luem,
 Hoc euomatur. Christe da lachrymas precor ,
 Quæ corda mundo naufraga in Cælum vehant .*

S E X T V S

CHRISTI LABOR

Ad Anapæstum euocatus

Flocci molestiam corporis non facit .

P *ECTORA duris cruciata malis
 Iesu, assiduas ponite curas :
 Abeat meror, fugiatq; dolor ,
 Tuus hic sat adest labor iste Puer .
 Dum nec amans te, rebusq; tuis*

Nihil

Nihil incumbens: nihil ipse cupis;
 Tormenta ambis rigida in sacro,
 Corpore semper: quali ingenti
 Captus amore, hæc quæris tanta
 Tu Pupe patir nunc cor resera;
 Victumq; malis pectus positis
 Vndiq; curis: semper sacrum
 Quærat amorem: numquam rigidi
 Temporis omnis te terret atrox
 Rigide casus: me sæpe minor
 Animo timido terruit umbra:
 (Animum hoc vitium sequitur timidum,
 Numquam rebus credere duris.)
 Redeat felix fortuna: nihil
 Reliquum quero: gaudere iuuat,
 Nil me reuocat: festosq; vetat
 Celebrare dies: non flere libet
 Quamuis surgat dolor ex causa.
 Nil me prohibet flore virenti
 Ornare comas: lachrymas, lachrymas
 Solum ex oculis manare veto.
 Iesu rigidum flecte cor alme
 Inter subitos tremis horrores,
 Vultus pallet, pectusq; pauet,
 Venit in stupidas gemitus voces,
 Mæror lachrymas cupit ardentes,

*Flendi rigide nostra cupido,
Iuuat assuetas ferre querelas,
Veniam flenti tribuas Iesu.*

S E P T I M V S

C H R I S T I L A B O R

*Asclepiadeis, & Gliconijs catalecticis, cum
quibusdam Monometris,
decantatus.*

Circumcisio.

VIX Rex Celicolum natus in Orbe,
Vix bino aspiciens sidere Terras,
Et vix incipiens spargere luces,
Spargit sanguine amorem,
Nondum Terra, Dei lumine, plena
Nec Cælum nitido Sole oriente,
Implebat nimijs lucibus astra,
Tellus sanguine rorat.
Est hic magnus amor: plaudite gentes,
Hoc, hoc Numen amans flagrat amore,
Vt mortale genus crimine captum
Damnum perderet omne

Hic

*Hic est amor
Christi planus,
Non humanus
Sed diuinus
Extat ardor.*

*Tu Iesu amor es
Tu viuida lux
Iam pallida crux
Fit stygia spes.*

*O Tellus rubeo sanguine tincta
Diuini Pueri, Bella Beata
Quàm splendes roseo tincta liquore*

Regis murice sacro!

*O quæ Cœlicolum sanguine Regis,
Tinctam lingua queat lambere terram
Talis namq; cruor vera medela est*

Sanans vulnera nostra.



OCTAVVS

CHRISTI LABOR

Trimetris Iambis, permixto Tetrametro

*Trochaico Catalectico, nonnullis etiam Dimetro,
explanatus.*

Discessus ob persecutionem Herodis à Patria,
& Regum historia.

Humana quantum mortis impietas ferit!
Monumenta quanto turbinat casu celer
Fortuna! magnum quidquid, & potens fuit,
Sublime quidquid, breuius, & grauius ruit,
Et Regis alti nutibus cinis redit.
Bene est: Tyrannum fugit in Ægyptum Deus,
Solymis relictis: tanta non forsane rebit
Fera monstra Nilus; Pharia nec puer timet;
Timet ut Tyrannum; fugit hinc patrios lares,
Et mille blandus Populus sufferere mala.
Superba mens Mortalium ut tandem sciat,

Non

Non tecta Regum blanda, non Tyrio domus
 Fœdas veneno, aut quidquid ambitio tegit.
 Celo propinquum: commoda, & patriæ focos
 Desere futurus propior, & potior Deo.
 Fuge, fuge tecta, commoda, & totum tibi
 Quod Mundus auro præbet ornatum sua.
 Heu quale Christus sustinet pondus graue
 Dum tecta deserit sua!
 Solyma priusquam mœnia relinquat Puer
 Erythraea Regna pedibus aduoluit suis.
 Nitere Celo pulchrius sidus iubet.
 Videre Reges flammeum eloquium; suis
 Hinc quisq; velox sedibus munitis parat.
 Stellam sequuntur præuiam, & tandem crucis
 Herodis aulam passu anhelant; seneno.
 Et qua Puelli Regis exort; viam.
 Captare liceat, corde deuoto rogant.
 Obstupuit ille, pressit at stomachum, neci
 Ut inuenires tutius Herodes locum.
 Nescire tandem Regis exort; lare.
 Illis facetur: faueat inceptis Deus.
 Reditum precatur; nuncient Regem sibi.
 Ut sponte Regna, seq; nascenti offerat.
 Ab Vrbe Reges, denuò stellam vident
 Et tandem ad orti Numinis veniunt pedes;
 Auriq; dona, thuris, & myrrhæ offerunt.

Vt

*Vt Rex, Sacerdos summus, & mortis capax
 Renuncietur Author & Terræ & Poli.
 Hinc lapsa Cælo iussa trabeatus Chorus
 Exequitur, alia redit & in Patriam via.
 Fugit inde Christus Pupus, & Memphis tenet.
 Quippe non dies neci Christi dicata venerat.
 O quanta Iesu pateris heu! blandule Puer
 Tormenta! iam te cruciat infamis necis
 Lex! heu nefaste, perfide, heu! Princeps atrox!
 In innocentem sanguinem? Heu magnus dolor!
 Persiste, lapide es durior: dirum nefas!
 Sed mortis haud est tempus, incassum irruis
 Armatus ense perfidus Princeps: Bene
 Bene est diei conscius Christus suæ.
 Diuine Princeps sceptræ qui Cæli tenes
 Intende nimis precibus heu Iesu meis.
 Peccata tolle: fugiat hoc pectus, scelus,
 Fugetur orcus pectore è meo malus.
 Tu Virgo Cæli referta amica limina,
 Orbe ut relicto solus in solo tuo
 Amore viuam: vos Policiues voco
 Iesum rogare parcat ut tandem mihi.*

NONVS

CHRISTILAROR

*Gliconicis, & Monometris simplicibus,
necnon Brachicatalecticis dilucidatus.*

Mortem Innocentium sentit.

COeli denique Gloria,
Mundi fastus amabilis,
Terror tartarei Chaos

Vicit

Viuit

Regnat.

Sed sentit puerum necem
Diuinus puer impiam,
Et pœnas cuperet sibi

Quam mala

Puerum

Tanta.

Christi nomen amabile,
Tu sis solus amor mihi
Dum tu victor ab hostibus,

C

Sem-

Semper

Redis

Iesu.

Nil incommoda tu facis,

Nil tu frigora pertimes,

Nec tormenta rigentia,

Mala ut

Nostra

Sentis.

O' dulcis, pius, O' Amor,

O' Iesu, O' mea gaudia,

Flamma pectora concrema

Nostra

Semper

Tua.

Heu! Heu! quam pius es mihi,

Heu sed quam tibi tu serus,

Dum tu incommoda non times,

Sed me

Semper

Luges.



X.
CHRISTILABOR*Hexametris, Pentametris, Sapphicis,**Adoniis, Asclepiadæis, Gliconijs, Anapesticis, præterduos
Iambos, commendatus.**Obedientia.*

M Atris delictum, Patris decus, atq; potentis
 Orbis amor, siue Orbis honos, sic victima Amoris.
 Cælicolum Rex, virtutis Dominator amene,
 Sub virtute iacet, quam dedit ipse Solo.
 Dulcis heu quantum pie Christe nobis,
 Orbis dum Dominus seruus amabilis,
 Pectora sacris cumulata bonis

*Omnibus affers**Rex, & Cælicolum Deus*

O quæ Diuinum posset sapientia Numen
 Ampla sequi, & tamquam Diuinum Numen, obire;
 Tunc equidem nobis disiectis hostibus, omnes

Virtutes fluere flumine magnifico.

Et dira quæq; perfidus Mundus teneat
 Equidem fugaret Cælitum Regis decus:
 Tunc & iratus, rigidusq; Pluto,

*Concussus nimirum fulmine Caelitum
Regis; ameno linqueret oras*

Orbe serenas

Princeps Tenaria plage.

Me Christe athereis ictibus excute,

Me iuuet sacrum referare Cælum,

Vt continuas ponens curas,

Quæ Mundum nimis exagitant modis,

Tandem perductus quo tu, Pater, atq; Cohortes

Cæli tempore promicant

Semper in omni,

Te fruar, & Patris gremio bone Christe quiescam.

XI.

CHRISTI LABOR.

Elegis deploratus.

Pauperies.

S*olve infelices Elegeia passa capillos,*
Pauperiem nudi contege & ipsa Dei.

Siue gemis: Puero gemitus, suspiria amoris,

Solamen misero, munera grata dabis.

Seu luges; luctus sunt argumenta doloris,

Pau-

*Pauperies lachrymis semper onusta fuit .
 Cernis quale Deo Cælum fabricauerit Orbis ?
 Quales delicias ? qualia tecta, domos ?
 Pauperies latuit Diuinum forte Parentem ,
 Ut pannosa prior sidera Christus agat ?
 Queis se condat auis, saxosa cubilia vulpes
 Nouerit, at nudus nec fera tesqua Deus .
 Nimirum Terras Deus ipse reuiseret hospes ;
 Saxaq; in hospitium Terra nouerca daret .
 Præbet saxa, cruces, lamenta, horrentia mortis
 Instrumenta, gelu, frigora, pauperiem .
 Quis tibi permiseras Orbis bone Christe procellas,
 Vndantem proprio sanguine adegit amor ?
 Quàm pannose places ! lacerata ve veste renides !
 Pannus hic O' quantum vestiet astra tuus !
 Tu mihi pannosus, mihi prodigus undiq; Christus ,
 Tu mihi diuitiæ, sis tu in amore salus .*



XII.

CHRISTI LABOR

*Hexametris, Dimetris, Hypercatalecticis,
Archilochijs, Trimetris, Hypermetris, Alcmæijs, &
Hemistichijs, distinctus.*

Asperitas vitæ.

Nunc laudes geminate Chori, geminate triumphos.
 Christo perpetuos.
 Nunc Reges Orbis decoris deponite fastus.
 Maiestasq; cadat.
 Dum Rex mortali diuinus captus amore,
 Aspera semper amat.
 Non hic regales hominum, Populiq; triumphos,
 Quærit habere sibi.
 Nec sibi magnificis ornata cubilia pannis,
 Christus in Orbe cupit.
 Non sese exornat pretiosis vestibus ipse,
 Sed misera contentus adest.
 Quæ vix crudeles repararet frigoris iras
 Atque caloris onus.
 Non sentit frigus, dum humano flagrat amore,
 O' ma-

O' magnus Dei amor !

Quantas Christe tibi debemus reddere grates

Diuinas miseri !

Si tamen haud factis quas debeo soluere grates

Has animo capias

Hic te etenim semper diuino carmine laudat ;

Hic te semper amat .

Discite Mortales, & dicos discite : tandem

Noscite vos Regem .

Si gratum est Patriæ decus illius, ista tenete,

Consiliumque Dei .

Sic sic per valles, per montes itur ad astra ,

Sic Deus ipse iubet .

Pœniteat scelerum, queis solum parcet amantier

Sidereus Deus ipse Polo .



XIII. CHRISTI LABOR

Sapphico Brachicaalectico inserto

*Adonio præter unum Sapphicum Acatelecticum
dispositus.*

Fames, & Sitis Iustitiæ.

CHRISTVS exardescit amore,
Et cor aeterno reserare
Munere exoptans, pius ipse
Munera donat.

En fames Iusti sedet ipsa
Corde diuino: sitis inde
Est quoque hic Iusti, retinetque
Pectore iusta.

Heu fames Iusti, sitis atque
Plena, Diuino retinenda
Corde: quod nostrum doceat iam
Pectora amorem.

Est famis talis via duplex
Pectori: namque una cupit se
Ex malis cunctis trahere, & sic
Viueret semper.

Alte-

Altera exoptat quoq; gentes

Ad suam vitam trahere: ista

Ne queant cordis prohibere

Dona salutis.

Corda sic nostra ecce docet nos

Numen aeternum: referet nunc

Quisquis aeterni cupit esse

Pectus amoris.

Sic meum pectus referare

Christe diuino placeat labore,

Deniq; ut sacri mihi detur

Gloria Cæli.

XIV.

CHRISTI LABOR

Trimetro Iambo expressus.

Viuit inter externos, & differentes moribus

Q*Vam Christe vitam viuis heu duram nimis,*

Mortalium inter arma, siue inter dolos

Discordis inter Orbis infames plagas!

Visurus ut quid scelera, & horrendum nefas,

D

Non

Non in latebras permoues gradus tuos ?
Cur si tot Orbis pateris heu nostri mala ,
Vt Populus in te semper irrumpens ferus ,
Ex ore turpi pessima, & verba extrahens,
Non tecta duris condita è saxis petis ?
Heu quantus animo residet in tuo Virum
Amor ! nec aliud quæris in Mundo tibi !
Audire miserum, proh dolor ! quantus tibi
Audire quin lugentis altisonas preces ,
Hinc & loquentis scelera confracta in Deum,
Hinc & propinqui cernere infausam domum ,
Vt luget ille, venditor quærit nimis ,
Mercator vt decipiat inquirat modum ,
Alter quieto quærit eripere loco
Quidquid quietum: miscet hinc alter domum ;
Hinc alter in sodalis infertur mala
Hinc alius in celeste iam vibrat sua
Iniqua verba Numen, & tamen Deus
Hoc omne cernit & tamen corde retinet .
Diuine Rector qualis in te ardens amor ,
Ardere semper cernitur sacro sinu ?
Punis atroci crimine infectos viros
Tu: nunc amore captus in Mundum venis :
O si Beate accederes meum Puer
Pectus mihi quidem certus exaret Polus :

XV.

CHRISTI LABOR

Hexametris decantatus.

Ieiunium.

Postquam inter mortale genus perduxerat annos
 Triginta Christus diuino animatus amore :
 Et postquam in sese Populi vibrantis iniqua
 Audiit, & patiens oculis atq; auribus omne
 In se se versum patienti in corde refixit ;
 Hinc abijt & montana petit, deserta subijt;
 Tesqua, vbi continuo crudeles esse Leones
 Assuerunt, rigidiq; Vrsi sua concaua seruant ;
 Atq; vbi serpentes, & tandem animalia cuncta
 Horrisona horrentes seruant natosq; domosq;
 Vix pedibus Christus saxosam intrauit Eremum ,
 Serpentes vocat hic, Vrsos, seuosq; Leones ,
 Atq; his blanditur contactu dexterae amantis,
 Deponuntq; iras ex imo pectore tetras .
 Vsq; adeo sacrum noscunt animalia Regem .
 Hinc se continuo lacerans, & Cælo in aperto
 Hic somnos capiens, vitam ducebat atroxem .

*O' magnum, O' sacri diuini Regis amorem!
 Non homines Christum noscunt; animalia noscunt!
 Heu quantum ingemuit Christus cum nullus adesset
 Hic hominum: fugitq; homines ut amore coactus
 Maiori, citius quos liquerat ipse videret.
 Proh mortale Genus! viden ut Diuinum ab amore
 Captum hominum assiduo, Numen te saepe sequatur!
 Corporis haud sentit tormentum, namq; flagranti
 Ardet amore Virum: quas nunc tibi Gloria Caeli
 Grates reddemus tanto pro munere? quis? quis?
 Hoc tantum narrabit opus? nunc annue Christe,
 Annue ut ad sacrum perductus deniq; limen,
 Te fruatur, & melius Duce Te mihi viuere detur.*

XVI.

C H R I S T I L A B O R.

Trimetris Iambis expositus.

Tentatio.

Montana postquam subiit, & loca aspera,
 Postquam diebus vixerat quater decem;
 Ieiunus ardet, esuris, tandem nimis.

Lamen-

*Lamenta quænam traheret ex imo sui
Cordis, videntis lumen hoc Deum pati ?
En oculus extat concavus, frons arida,
Vbiq; macies, iam rosea pallet gena
Mendicus hinc in corpore, & toto horridus
Videtur ipse, lacera quem vestis tegit.
Non hoc sat extat; maius æst opus parat.
Humanus hostis scelera qui cuncta retinet,
Huc iam volantes commouet gradus suos.
Pallefcit ore mæstus, & cana coma
Longeuus annis, vesteq; tegit horrida
Corpus: Deumq; alloquitur: Heu qualis fames
Instat tibi misero; Dei Natus quidem es
Si tu, lapidibus cereris his formam dabis;
Vt tua lapidea cerere desistat fames.
Non panis solo viuere hominibus datur,
Retulit Iesus: attamen Dæmon nouat
Iterum querelas: culmen ad magni trahit
Hic montis altum; verba tum pandit sua.
En alta cernis, infima hinc petas loca;
Nam scripsit ille qui Poli Rector sacri
Est, si ceciderit illico mittam Angelos
Qui, ne molestum eueniat, hunc teneant: Dei
Hæc verba: vicit denuo Christus, iterum
Dæmon sacratum Numen ad culmen trahit
Alius, & inquit: quæ vides Orbis, tibi*

Cun-

Cuncta dabo si me flexo adorabis gentem.
Conticuit: at diuina tunc iussa exprimit.
Abi maligne: scriptum ab æterno sonat.
Deus vnus extat, seruiens soli Deo.
Abit ille, victor Dæmonis Christus fuit.
Diuine Rector humilis bene quantum nites,
Dum Dis scelestus tantus, & tantum potens
In te videtur: corda tu nostra edoce
Vt humile capiant quidquid in Terris datur;
Et sic sacras ut queant laudes Polo
Canere; perure pectus ab Numen meum.

XVII.

CHRISTI LABOR

Elegis denotatus.

Rudes Apostolos suffert.

S*Axosas linquens rupes, saxosaq; resqua,*
Ad gentes iterum dissociatus abit.
Postquam Tartareum Regem superauit Eremo,
Ad Populos iterum ne superentur, abit:
Hinc cæleste decus diuino spargit ubiq;

Eloquio

Eloquio, & nosci mox iubet ipse virus.
 Despexit Superos hominum quo viseret ora,
 Heu quanto nostri flagrat amore Deus.
 Bissenis fecunda Cohors mortalibus inde
 Eligitur, nomen spargat ut ipsa Dei.
 His semper sociatur Amor Diuinus; eosque
 Quae sunt Diuina condita luce docet.
 Et quamuis dilecta Cohors rudis extet; in ipsa
 Attamen est totus consociatus Amor
 Dum Christus loquitur quod debent arma parare
 In virtute homines, ne superet Phlegeton:
 Accurrunt gladiosque duos hic esse minaces
 Respondent, Christum queis tueatur amor.
 Hinc alias ex mente rudi fers Christe querelas,
 Attamen ipse tuus nil remouetur amor.
 O Caeli Rector, Terra Moderatrix amena,
 Tu me diuino carmina ab ore doce.
 Tu dic quas laudes tibi vis, quos Oris honores,
 Ut tibi saepe meus talia reddat amor.
 Nempe carens te nil possum: tu pectora sacro
 Ipse perure rogo, tu mea semper ama
 Te Virgo Diuina Parens, vos conuoco Diuos,
 Pro me vos nostro carmina habete Deo.

CHRISTI LABOR

*Alchaicis, Dialecticis, Alchaicis,
Et Dimietris Hypercatalecticis expressus.*

Peregrinatio.

Vides ut altum pectore conscio,
Numen benigno munere cordibus,
Amica donet dona amoris,
Aetheris ipse Deus sereni?
Infame vertit Tartareum decus,
Regemq; Avernii, sic & ab ignibus
Amoris actus, Tartara aestu
Fulminat assiduo laboris.
Nunc Sol amœnis lucibus emicat,
Orbemq; complet lumine maximo,
Et luce pergit pellere Orbis,
Crimina noctiuagi nefanda.
Lucens tenebras discutit impias
Errore natas: morsq; citissima,
Quæ salce adunca horrenda seruens
Continuit, reprimat venena.

Tor-

Tormenta quanto frigore perfida

Amas Iesu; spernit amor minas

Diuus ninales, & frementes

Carceris æolii ministros .

Amore sacro quippe flagrantia ,

Diuina semper pectora conspice ;

Acerba possunt ferre, nec sunt

Frigora, siue niues timendæ.

Benigne Iesu vocibus annue,

Votisq; nostris: quidquid in intimo

Cordis videbis quæ bonas illi

Tu pius huic Dominus dedisti .

Ab dulcis: Ab quam dulcis es, & pius!

Languet cor intus semper amoribus,

Tuis benigne quis negabit

Muneribus cumulata corda ?

Amica qualis me magis admonet

Manus? quo amoris munere ego magis

Flagro? meum nunc pectus ure,

Ignibus ætheræ salutis .

Tu Virgo Cæli limina splendidi

Iam pande nobis; liberius pio

Ut mox quiescentes, Iesu,

Ingiter in Patria fruamur .

CHRISTI LABOR

*Hexametris deploratus.**Iudæorum Durities.*

VErte tuam Fortuna rotam, gradibusq; secundis
 Nunc motum cognosce tuum: quo perfida, & atrox
 Isacidum glomerata Cohors ruit impete toto
 Et gerit horrifonis armamentaria palmis?
 Scilicet in Christum rapidus velut aggere rupto
 Amnis, aquas, rigidasq; minas dispergit ubiq;
 Talis turba ferox nimio concussa furore
 In Christum furiosa ruit, verbisq; nefandis
 Cælestem maculant faciem: rigidoq; tumultu
 Pontificum, Regumq; minas, Populiq; furores
 Substinet, & tamen hæc oculis Deus aspicit equis.
 Attamen hic cæleste decus, diuinæq; semper
 Munera pandit amor: Populi rigidasq; cæteruas
 Confundit, vincitq; simul, docet indeq; gentes.
 Sed canibus, scopulisq; loquens, nam durior ipsis
 Sæuior harpyis, truculento surdior angue
 Horrifonus voces Populus trahit undiq; atroces.

Heu

Heu quantus labor iste tibi, Diu ine laboras
 Heu quantum Populo dum Rector sperneris acri!
 Hec sunt ornamenta Orbis, sunt ista Tyranni
 Munera sacrilegi, gentisq; infamis honores!
 Ingemis heu quantum, & quantus labor instat amanti
 Sape tuos: cur non ignes ex AEthere summo,
 Fulmina tu iacis, & gentes disperdis iniquas?
 Sed quo ferali raptus vehor ipse furore?
 Fulmina quid quero? non hic amor extat Iesu.
 Ille pati legit ipse sibi, Populiq; furorem
 Ferre cupit, Patrio sic consulit altus Honori.
 O Cordis vita, O animæ spes integra nostræ!
 O nostri dulce, O æternum pignus amoris!
 Tu mihi, tu dulci, pretioso & munere pectus
 Vre meum, doctesq; animo nunc inferre nostro.
 Vos Cæli Ciues, vos quos sudasse erorem
 Pro Christo gratum foret, hæc audite dolentis
 Verba animi: tu Virgo Parens miserere, dolores
 Exaudi nostras, diuinæq; munera dona.
 Ut tandem ductus quo Tu, Pater, atq; Beatus
 Natus, in auspicijs melioribus ipse Salutis
 Vitam immortalem immortali munere ducam.

XX.

CHRISTI LABOR

*Asclepiadeis, & Gliconicis decantatus.**Male iudicari.*

P Rob mortale Genus quam male conscium
 Regalis decoris: nomina, & omina
 Christi terribili fidere tu fugas

*Heu! Heu quam male conscium**Quid voces scelerum murmure concitas?**In Christum innocuum perfida gens iacis?**Qua victus rabie, queisue furoribus**Liuor sidera polluit?**Nonne hic, qui aethereos constituit globos?**Nonne hic constituit prata virentia?**Mundumq; ipse suo disposuit loco?**Ventos pressit, & Æquora?**Cognoscunt equidem cuncta animantia**Regem Cœlicolum, candida sidera**Noscunt ipsa suum; nouit & horridus**Serpens Tartarei specus*

XX

E

Sed

*Sed quo verto caput? desere, desere
Infamis Populus desere tu notas,
Insando ore tuo promere perfidas*

Regem in Cœlicolum Deum.

*Heu quantum patiens Christus! ad infima
Cur non hunc Populum Tartara proijcis?
Heu! sed continuo comprimeris nimis*

Nostris Christus amoribus.

*Quo grates tribuam pectore debitas?
Dum tu sic patiens; excipe tu meum
Pectus Rex Dominus, quo tua deniq;*

Cœli munera des mihi.

XXI.

CHRISTI LABOR

Iambicis Trimetris deploratus.

Murmurari.

N*efanda quonam lingua mortali dolo
Caruit loquacis? vertit in malum, in nefas
Quidquid boni extat, & mali vultu tegit.
Hæc Orbis est; affuescit in malum bonum*

Conti-

Continuo vertere, & scelus malum in bonum:
 Hęc dona Mundi: pertulit & Christus malum
 Tantum: immo semper maius in scelus suam
 Vitam, scelestā semper aptabat Cobors.
 Heu quanta Christus pertulit in Mundo mala,
 Sed murmurantem grauius Hebręum tulit
 Et si innocentis nomine, & culpæ inscius
 Tamen malignis auribus sœdus: tamen
 Iniqua verba Populus inimicus trahens,
 Illum latronem dicere audebat nocens,
 Alter nefastum sceleris authorem vocat,
 Alter scelestum nomen insimulat Patris,
 Hinc & Sacerdos impius nefas putat
 Quod dicat esse Natus hic quidem Dei;
 Princeps superbus reprobat, illudit, fugit,
 Ipse Phariseus pellit è domo: vident
 Iesum sequentes protinus stultos vocant,
 Et voce sola turpius totum quidem
 In mundo amatur, effugit Mundus Deum.
 Benigne Iesu sustines tantum nefas
 Gestare Terram? non ad infernam Stygem
 Infame mergis scelere turpatum genus?
 Quo fugit ira Christie? quo fulmen tuum?
 Quæ sunt nefandi sceleris heu! Deus tua
 Supplicia? crimen istud in tantum suum
 Admouit instar culminis tandem caput?

Ec-

*Ecquando trifida scelera comminues face
Si nunc serenus? luce viduatum irruat
In murmurantis verticem fulmen: bonum
Omittat omne quidquid huic manet: aspera
Insanis ipsum vivere immutet nece.
Age animum in hostes irrue, extende & manum,
Fulmina vibrentur, intonet Olympus, gemat
Furore tellus preffa, Reges occidant
Et quidquid altum verticem ostendit suum,
Infima celeribus gradibus in loca irruat.
Sed fallor heu benignus, heu pius mihi,
Orbique toti, qualis in voces trabor
Dulcis Redemptor? amore tu magno quidem
Es ipse cupidus, cupidus es malum pati.
Nunc ipse grates qualibus reddam sonis?
O magne Cæli Rector, O Iesu bone
Meis adbare precibus & meas cape
Voces precantis, scelera restingue impia.
Tu Virgo, quæ Regina confides Polo,
Natum precare scelera quo abstergat mea;
Vt cum miseriæ nudus ad Cælum volem,
Ibique semper Regis in laudes ferar
Supremi, amicas grata tu pandas fores;
Vt tutus abeam denique ad Cæli decus.*

XXII.

CHRISTI LABOR

Heroico carmine expositus.

Operum Doctrinæque Contradictio.

Qualis tanta Virum Diuinum audaciâ Regem
 Admonet, & sacram Doctrinam spernit ubique?
 Qualis mens hominum sacris contraria rebus
 Insurgit, scelerumque aciem diffundit in Orbem?
 Et tamen ipse humilis factus Deus, omnia suffert,
 Doctrinamque auget, pietasque innata ministrat.
 Nam si terribili compressa furore, rigensque
 Isacidum maleducta Cohors ruat undique, suavis
 Est tamen, & spernens hominum, puerumque querelas
 Vnanimis omnes dilecta colligit aura;
 Sic Diuinus Amor mortali cedit amor.
 Sed quis Amor? ruit Eumendium velut agmine facto
 Immanis Populus, pueri, iuuenesque, senesque
 Miscentur, dirumque vocant clamoribus hostem.
 Irrumpunt, obstant, lacerant, stridoque tumultu
 Horrisonis totum stridoribus æthera complent.
 En Populi fit præda Deus: manibusq; reuinctum

In

In montem ducunt quò præcipitetur ab illo
 Vix pedibus montem tetigit, discedit ab illis
 Ipse inuisibilis: plenus quasi nubibus aer
 Permanet, & nigra tristis rubiginè Tellus.
 Hinc exaudiri linguas, strepitusq; loquentum,
 Quos vario sermone cient; vocat ille latronem,
 Ille veneficijs actum vocat, illeg; iniquis
 Commaculat verbis Diuini Regis honorem.
 Discite mortales: quali Patientia laude
 Dignetur, docet ipsa Dei: vos discite Reges,
 Quilibet est medijs adhibenda potentia; namq;
 Regis ab exemplo totus componitur Orbis.

XXIII.

CHRISTI LABOR

Elegiaco contextus.

Audacię, & Iudeorum Industrię.

NON tot contrahitur furijs Neptunus aquosis,
 Quot rapta in Christum plebs inimica ruit.
 Turbine nec tanto cadit æthere fulmen ab alto,
 Quanta venenato è pectore tela vibrat.

VIXX

F

Nec

*Nec tali fertur rabie sequere Leones,
Quali continuo murmure seu a fremit.
Doctrinam spernunt, iussisq; illudere tentant,
Et Deus equali fidere tanta videt?
His capitur, multiq; sugant, alijq; ligatum
Inspiciunt, alios ire, redire iuuat.
Continuo renouare modos, renouare querelas,
Et si comprehendi possit ubiq; placet.
Accusant alij, mox increpat vnus, & alter
Illudit, lacerat mors, & ubiq; furit.
Falleris at nimium Turba ingratiſſima, non dum
Tempus quo Christus sit moriturus adest.
Quis credat? tanto ipse malo dat munera Christus,
Et magis est patiens, quo magis illa fremit:
Nec timet iratas leges, quas ipse Sacerdos
Instituit; verum pandit ab ore iubar.
Hoc placeat iuuenes: sacras audite loquelas
Semper, & auritis carpite mella labris.
Hæc vestris aptate animis: sic itur ad astra,
Hoc certus sane tramite Olympus erit
Interea vos alta Poli, pia lumina Cines;
Vos Regi laudes reddite Cœlicolum.*



XXIV.

CHRISTI LABOR

*Hexametris explanatus.**Ingrati animi Vitium.*

I Ngrati quicumq; animi non nouerit astus,
 Hæc legat, & seruet quæ pagina scripta docebit.
 Finge tibi monstrum cunctis quod in artibus horret,
 Cervix nigra, comæ serpentibus undiq; plena,
 Ignea frons, oculis insistent fulmina bina,
 Nigrantesq; genæ, saeuq; ex ore venenum
 Continuo fundens, horrentia conspice colla
 Aspidibus religata feris; mox vbera cerne
 Felle venenata, & seuum spirantia odorem.
 Cerne manus cordi fixas, nudosq; lacertos,
 Deniq; crura, pedes, & tristia conspice membra.
 Hoc Ingrati animi nomen sibi vindicat atrox:
 Tectius Alecto monstrum, nil turpe, malignumque
 Innocuum linquit, mala quin pro munere reddit.
 Hoc etenim semper diuinam prouocat iram,
 Causa mali primi fuit hoc, mox causa sequentum

Et tandem gremio vitium complectitur omne
 Hoc ingrata Cohors retinet sub pectore semper,
 De quoquam linquit quidquam bene velle mereri;
 Munera cum capiant, tunc tacto pectore iurant,
 Affirmantq; simul fore se memoresq; pioſq;
 Plena tot, & tantis reſeratur gratia ut illis
 Factis; excipiunt aliqui iam dona ſalutis:
 Hinc alius natum quem multo tempore ſato
 Fleuerat extinctum, acquirit: qui perdidit aurum
 Maiori lugens iterum completur honore.
 Ille rogans tales effundit ab ore loquelas.
 Si quod longæuo amiſi iam tempore reddas,
 Tunc tibi pro tanto reddemus munere grates:
 Annue tu precibus, tu mentibus annue noſtris,
 Hæc mihi ſemper erunt imis infixæ medullis.
 Et poſtquam benefacta capit, non noſcit, at immo
 Hunc ſpernit ſemper, verbisq; hunc pellit iniquis,
 Vſq; adeo Ingrati vitium vitia omnia gignit.
 Quo Phariſæe ruiſ? quo mens oblita bonorum
 Inuadit Phariſæe tua? hunc tu ſpernis inique?
 Hæc benefacta tuis ſtabunt infixæ medullis
 Sic? animo quali facis hæc, qua captus ab ira?
 Siccine derides Diuinum Numen? in iſta
 Verſus amor prior ille tuus? ſed quo vobor? hæc ſunt
 Hæc Orbis decora, & ſacris contraria rebus
 Effuge nunc monſtrum, gradibus nunc effuge plenis.

Cor.

*Cordaque diuino conſperſa ab amore relinque.
Effugiat ſuror ipſe tuus, te in Tartara funde;
Ne tua diffundas in pectora noſtra venena.
Et tu magne Poli Rector nunc exere dextram,
Monſtrumque infandum diuino percuſe telo,
Inque acherontæas, ſtygiasque immitte paludes
(Quando aliter nequeat noſtro ſuperarier icſtu)
Vt noſtros animos diuino lumine aduras
Quo ducti, in Patria te dolci corde fruamur.*

XXV.

C H R I S T I L A B O R

Ad Iambos, & Octonarios Acatalecticos euocatus.

Deſiderium Paſſionis.

I Rata poſtquam ſiluit aliquantum Cohors
Irrumpere, & nefanda liquit impio
Ex ore verba trahere, ſic ardens Deus
(Et corde & animo ſponſa iam dudum pati
T tormenta) verba ab ore perfundit ſacro.
Ecquando tandem ſponſa cupienti mibi
T tormenta venient tempore humano Virum

Rapior amore: nescio quid infert moras
Est grande quippe, pectus & solito amplius
Grauat: beata denique ecquando dies
Optata veniet? Phœbe cur lucas tuas
Gradu leui disspergis? accelera diem
Celerique menses circulo tandem fuga.
Sed quæ voluntas rapuit, & pati iubet?
Nondum voluntas Patris exactæ est mei.
Hæc dixit, atque in corde mandatum Patris
Iterum refixit; denuo ingemuit furens
Per antra nigra, squalido dirus Iouis freto incubans.
Tunc Christus in montana se transfert Thabor,
Ibique dulces tendit ad Cælum manus
Patrem precatur; annuit tandem Pater,
Et luce missa nubibus ab altis; Polum
Natumque Sole magæ, magisque lucidum
Ostendit alijs (scilicet secum ex suis
Tres duxerat) mirantur & miros magis
Continuo pandunt precibus in Cælum sonos.
Postquam beatae frontis ostendit iubar
Redijt, & ipse pristinus vultus color
Redijt. Beatus ille qui dignus tuam
Videre faciem; Sole tu magis nitens,
Divine Phœbe luce cor nostrum reple.
O dulce pignus, Columen O Mundi; Decus
O Patris; animos igne comburas tuo,

Nos

Nos in benigna collige Patria Deus:
 O' alma Virgo, mentis O' nostra decor,
 Incende pectus, Natus ut tandem tuus
 Crimina repellat, nosq; permittat Polo.

XXVI.

CHRISTI SERVATORIS LAROR

Intercalari carmine deploratus.

Sudor Sanguinis.

Quo me Musa trahis? Christi q; in imagine planctus
 Plectra doces? lachrymasq; sua iam sponte cadentes
 Ire iubes? querule gemit benè modulamine chordæ
 Tacta chelys, totumq; ab in suspiria pectus:
 Quam lachrymosa places! medijs interfere verbis
 Vndantes lachrymas, versus singultibus, & vos
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Nox erat, & Cælo Solem lumenq; sugarat,
 Cum Christus numero stipatus ubiq; suorum
 Discubuit: mensæ dapibus, vinoq; repostis,
 Accipiens panem diuino consecrat ore;
 Instituitq; sacram Cererem: dapibusq; solutis,

Gettse-

Gethsemani socijs. comitantibus itur in hortum.
 Hic ubi mandatum Patris, mortemq; propinquam,
 Noxarumq; luem, sensuq; animioq; reuoluit,
 Exemplo tristes hauserunt pectora curas,
 Curæ oculis lachrymas, mæsto suspiria corde
 Extorsere graues: vos Seruatoris ab undis
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos:

Hinc abit, & fessas tendens ad sidera palmas
 Exorat Patrem: tantusq; in imagine mortis
 Horror ijs, tantumq; hominum effrænata libido
 Præstrinxit fibras, diuino ut sanguine terram
 Lactarit sudor, viridantiaq; arua cruentus.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Conspice si poteris Christum vultusq; cruentos,
 Rorantesq; cruore artus, languentiaq; ora,
 Et seuas iam mille cruces sine morte ferentem.
 Sanguine rorantem tellurem conspice: quanto
 Gethsemani nunc flore rubes! quos terra benignos
 Parturiet fructus sacro conspersa cruore!
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXVII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Falsa amicitia.

N Ec satis inuiso pectus vouisse dolori,
 Luminaq; in fluuios lachrymis deducta cadentes,
 Nec iam purpureo terram irrorasse liquore,
 Ni quoq; amicitie violato fœdere, amici
 Præda Deus fieret, nimirum interritus ardor
 Humano generi proprium præbere cruorem
 Ne sitiat, Diuinus amat: septemplíce saxo
 Obdurarat atrox ad crimina, pectora Iudas.
 Hinc abit, immanisq; subit ferale caterue
 Concilium, dictisq; viros affatur amicis.
 Christum ego prædabor: terdenis nobile nummis
 Constabit corpus, Iesumq; ad vincula tradam.
 Hæc ait, & læto responsant tecta fragore,
 Hinc pretium fatale libens Turba impia spondet.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
 Heu quo fugit amor, pietas, sacra iura, fidesq;
 Quo latuere loco? Getuli forte Leones;
 Sarmaticæq; niues meliori sorte fruuntur.

G

Impie

*Impie quo pergis? Dominum quid tradere tentas
 Siste: cruentatis viden ve furiosa Cerasiis
 Te sequitur vindicta fremens? pia sœdera Mundi
 Fracta, fides hominum violata, & vincula Legum
 Disrupta, infandum in caput exitiale minantur
 Iurata auspiciū. Sed quo rapit impetus? heu vos
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XXVIII

CHRISTI SERVATORIS LABOR

in A. Iudæis capitur

I*nsames postquam nummos, & pignora mortis arubdo
 Crudeles Iudæ rabidiq; dedere. Ministri
 Instant continuo, opportunaq; tempora querunt,
 Ut Iesum capiant, captoq; illudere possint.
 Nox erat, & placidum capebant membra soporem.
 Per sylvas, per tecta Virum, per Doridis undam
 Tuta quies alto lenibat pectora somno.
 Impia sed seuis agitabant viscera cedis
 Isacidum furia, dixit & corda colubris
 Armabant, furiata ruunt nocte agmina,
 Agmina, quæ ducit nocturnus ærans fuga lucis.*

Fun.

Fundite perpetuos mea lumina fundite rivos.

Comprimunt clamorq; Virum, clangorq; tubarum.

Quippe fugam metuiunt, moneant si murmur Christum.

Horribiles visu radas, inferna puras, inferna puras.

Lumina, sulphureis Phlegmatibus ducta fluentis.

Talis compleat nigros late halitus agros.

Lumina mille micant, fulgentibus emicat hastis

Cynthia diuifos spargens argentea crines,

Luce loquax, inimica Deo dum tela retexit,

Luce loquax, inimica Deo dum signa colorat.

Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.

Heu Cives! quem tela petunt? quem vincla reposcunt?

Quem metuunt chypei ciuem? mitissimus ergo

Tam cernat crudele genus, mentesq; suorum?

Dulce latus, placidasq; manus, & pectus iuvenne.

Armatum vinculis vulgus, dirisq; catenis.

Vinciat, & rabide raptent per compita turbae.

Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.

Sed frustra: en celeri ruit impete Turba, phalangem

Hastatam, segetem chypeatam, iramq; flagellantiem.

Armat dura facis, si quis fuit undiq; sanguis.

Protinus exugunt sitientia labra, cruores.

Extractura nouos, nec sat sitisse videtur,

Nec satiasset potiss. quirit sitis una, recurrem.

Qua possit sitisse, sitim, multosq; cruores.

Qualis cum rigido rabidorum dente luporum.

*Agna gemens rapitur, discerpitur, undiq; sanguis
 In pretium sitis ille fluit, sic magna Tonantis
 Progenies laqueos, furias, hastilia, & iras
 Expertus, rabidis Solymæ fit victima vinclis.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XXIX.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Ad Tribunalia raptatur.

SED non hæc furia, non hoc fatale Tonanti
 Exitium, quales Deus experire procellas!
 Interea Isacidum vinclis raptatus, & iris
 Tecta tenet (sive antra reor, vel tesqua Leonum)
 Tecta Sacerdotis, Stygij vel flaminis, Anæ.
 Prohque Christe subis conuicia! qualia dextra
 Dona procacis erunt? colaphos mitissime malis
 Dona refers: totis iniuria viribus acta
 Fœdabit pulchrum furiali sœnore vultum.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

*Hiccinè Regnator Superum? cui Regia Cæli
 Æternis vigilat flammis? cui plurimus alte*

Excu-

Excubat astrorum nitor? incenditq; supremas
 Luce domos? cui grande gemit sub nocte sepulta
 Rex Erebi, fontes pallent per inania Manes
 Antra catenatis multum indignancia monstris?
 Ergo ne ferali manibus post terga reuinctis
 Sistitur hic solio? cui fas mensuraq; iuris
 Velle fuit, fixa ora solo taciturna tenebit?
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Heu Terra immanis, seuis data præda molossis!
 Heu rabida nigro Tigres Acheronte create!
 Heu! cur iurato sub sedere fœdera Mundi
 Frangere Terra negat? vastoq; immanis biatu
 Non vorat audaces Populos simul ima debiscens,
 Cur non igniuomis armata Megæra Ceraſtis,
 Terras angue, Polos discriminat atra veneno?
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXX.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

A. falsis testibus accusatur.

Prosequitur IESVS firmoq; in pectore Patris
 Aeterni mandata tenet: patiturq; benigno
 Adversos Populi cruciatus ore, Patremq;
 Exorat semper Populo quo parcat iniquo.
 Interea seui testis deductus ab Ane,
 Ducitur ad Caypham. magna comitante caterua.
 Tunc exaudiri voces, strepitusq; loquentum,
 Querentumq; neci causas, & mille nocendi
 Instrumenta; iuvat mala sarta iuuenta, Tonanti
 Obijcere & falsis secundas testibus artes.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
 Insultant, feriunt, propellunt undiq; Christum.
 Ille Dei sobolem sese finxisse, Deiq;
 Delubrum Patrij susdeq; euertere posse
 Affingit; solutum Augusto vetuisse tributum
 Alter ait; Populoq; grauem proscribit Iesum
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Ecqui

Ecquis non fletet tantarum ad spectra ferarum?
 Mente ferax, videos,heu nimium mihi tristis imago!
 Has furor,has agitat, rabies huc pertrahit illas.
 Proh dolor! exagitor. Pietas quo pulsa recedis?
 Quo Leges? quo Iura? Fides? quo fœdera gentis?
 Quo trahis, infans? Tacean remone iugales?
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

XXXI.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Colaphis coeditur.

Qualis Sole nouo Cælum lucere ferenum
 Incipit, & totum dispergere lumina in Orbem;
 Mox in ceruleos conuerso lumine vultus
 Tela trifulca vibrat, nimbisq; frementibus Orbem
 Implet, & huc illuc spargens per nubila ventos
 Horrifono cunctas perterret turbine terras.
 Sic ingrata Cohors ruit hinc, & perstrepat illinc
 Vnanimis, grauibsq; modis tormenta ministrat.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Vix

Vix è conspectu Cayphe raptatur Iesus,
Cum magnam furijs comitantibus itur in aulam.
Horrisco tunc seu Cohors ferit aera bombo:
Non secus immundum stridens rubigine ferrum
Ignem, rubens flammante solet, quod forcipe adunca
Cum Faber extraxit, riuusq; immerfit aquarum.
Stridet, & efferuens feruenti sibilat unda.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos
Asperat ille manu diuinos undiq; vultus.
Turpibus ille genas digitis, verbisq; flagellat;
Fustibus ille oculos, pudibundaq; verberat ora,
Quo rubor, & macies maculato insideret ori.
Qualis flos campi, cum primo rore rigatur
Purpurat, & pompam dispergit ubiq; colorum:
Quem si fortè manu, pedibusue attriuerit hospes,
Extemplo in maciem mutato murice, flexo
Vertice lambit humum, amissisq; coloribus ornat
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXXII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Conspuitur.

I Nfami hinc statuunt solio: vix sedit Iesus
Cum pannoplacida ora tegunt: tunc omnis in ipsum
I. uebitur pugnis, colaphisq; illudere certat.
Iam lora intentant humeris; iam tempora crebro
Verbere pulsa sonant; currit cruor inde per artus
Et facies nigro tabescit sacra tumore.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Vnanimis omnes iterum sacro agmine (tamquam
Cum monumenta cadunt nimio concussa fragore)
Verberibus, strepituq; ruunt, & viribus auctis
In sacram vibrant faciem pitismatis iras.
Hæcine monstra ferat tellus? ferat agmina dorso
Carpere iter tutum, pedibus substrata nefandis?
Tartara terrisono susdeq; agitata tumultu
Horrificam Terræ prolem, maioraq; cunis
Pignora committant, non edomitura Tonantem,
Sed pressura sue sub vulnere cuspidis Orbem.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

H

Dine

*Diue meos vultus, liquefactaq; sanguine corda
In lachrymas, vocemq; moue, quo pectora fundant
In gemitu carmen, mæstosq; in carmine fletus.
Dum morti caput obiectat mea vita, meum cor,
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XXXIII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Funesto carcere clauditur.

QUÆ te Christe manet saxis asperissima seuis
Carceris atra domus! nigro Eben! qualis hiatus
Fracta debiscit humus: vel compositura sepulchrum
Vel tectura nefas! rigide quæ mortis imago
Funereis latitat. diræ caliginis umbris!
Prolusere ortus: pannosa cubilia, vile
Præsepe exhibuit cunas, stabula alta serarum
Infirmos fouere artus: nunc languida vinculis
Membra capit durus criptæ seralis hiatus.
Fundite perpetuos mea lumina, fundire riuos.

Huc te cogit Amor. Maior tibi Christe ab Amore
Crescit Amor, crudelis Amor, crudelis Amori

Diui.

Diuinus quo languet Amor, quo languet, & ardet.
 Saxa catenatum quæ clauditis impia Iesum,
 Vos ego ab Isacidum duris edueta medullis
 Crediderim, sæuisq; fibris: percussa fauillas
 Dant quoq; saxa suas, flammisq; facentur amorem.
 At vos Aeterni suspiria mæsta Parentis
 Ebibitis, vinclisq; feris edocta rigetis:
 Ast ut mollescat frigus glaciale profundi
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
 Mites umbrarum manes, quibus aera cecis
 Turbinibus texisse datur, cur conditis Orbi
 Diuinum Solem: tenebris assueta malignis
 Non tantos inimica ferunt loca sæda nitores:
 Reddite languenti, Eheu! reddite lumina Mundo,
 Et viduata suum videant modo sidera Solem
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXXIV.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Raptatur per compita .

A *Vdior. En tetrīs tandem deductus ab umbris
 Christus auernalem Cayphæ raptatur in aulam .
 Pallebat macie ingenti, priscumq; genarum
 Expulerat tumor ille decus: pia lumina, quondam
 Sidera, nigra tument: auro mutasse videres
 Sanguine concretos crines, & nobile frontis
 Excessisse iubar, fessosq; laboribus arcus :
 Ire graues, tardoque trahi vestigia motu.
 Fundite perperuos mea lumina, fundite riuos .*

*Hinc rapitur, plebiq; datur: iuuat impia circum
 Compita diuinis implere doloribus; utq;
 Sit pueris lusus; cui Reges, Regna, Tyrannos
 Sternere lusus erat: nimium tua fata reponis
 Isacidum male sana Cohors; loca cuncta cachinnis
 Immodicis resonant, rident iuuenesq; senesq;
 Et mala capta Nurus, factura nepotibus umbram
 Excidij, risus lachrymarum præscia pandit :
 Heu lachrymis deflenda dies respersa cruore ,*

Vulne-

*Vulnera, quæ nostri fuderunt sacra Parentis ,
 Vulnera, quæ sævæ gentis fecere catena ,
 Vulnera, quæ æterni pectus non fugit amoris .
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .*

*Ridet ouans Solymæ vulgus, lachrymatur Iesus .
 Mens ignara mali, nequidquam insana vagatur ;
 Non sibi dat lachrymas Christus, non vlla laborum
 Ilias æternis lachrymarum flumina ocellis
 Suffecisse potis: Populi flet amara superbi
 Damna: superpositum noxarum frigus, amorem
 Eliquat in fletus; flentem vt comitemur Iesum ,
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .*

XXXV.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Stultus iudicatur .

N*Vnc te Christe vocat Pilati Regia; tandem
 Ingruit horrendus turbo: dirisq; minatur
 Innocuo capiti furij's ubicumq; procellas.
 Panditur interea portis bipatentibus antrum
 (Antrum immane ingens Solymæi informe Leonis)*

Huc

Huc fertur, trahitur, rapitur, laceratus Iesus.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Hostiles coeunt animi; Pilatus Herodi

Forte inimicus erat: iungunt in fœdera dextras,

Exarmantque animos Diuini in funera Regis.

Ille in amicitie pignus committit Herodi,

Impingitque scelus: nimirum odia aspera vincit.

Exitialis odium; Iustique in morte, nocentes

Deponunt iras, caput & vibrantur in unum.

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Veste alba induitur Christus, seu pacis ut Author

Seu doctus fera bella aliquando in pace latere.

Omnibus hinc risus, & fœste ludicra scenæ

Panduntur spectacula; sacer tenet ora Tragedus

Fixa solo, ploratque suæ noua crimina plebis.

Hæc te Supremum Superumque, hominumque Potentem

Purpura Christo decet: stygios non ullus in usus

Ire nitior melius visus: nec candida solis

Nubila deliquium nitidis fecisse sub umbris.

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXXVI.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Dedecus amicorum , & inimicorum Triumphus

NEC satis est stultū circumdare veste Tyranno,
 Quin etiam Solymæ iussit per compita ferri.
 Heu quo fugit honor? decoris quo fugit honestas?
 Tantane vos caput vestræ fiducia dextre
 Isacides? tanta non sævit Tartarus ira,
 Non adeo rabidiū crifido eria guttura pandens
 Cerberus ore furit: cuius potuitque canendo
 Flectere tabificum minitantiæ colla venenum
 Vatis Apollinei numerosa potentia plectri.
 Ac vos qui dulces hausistis luminis auras
 In terris: quos non sævi genuere parentes,
 Flectere non potuit dulcis clementia vultus,
 Nec species decorisque sacri venerabile lumen.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
 Nonne hic qui duris erumpere rupibus undas,
 Isacidum Populis potuit saxosa per arua,
 Ardentesque vias, solisque urentis arenas?

Cum

*Cum patriæ Ductor gentis miseratus hiantem,
 Arentemque siti Populum, cœlesti precatus
 Auxilium, baculo percussit saxa potenti,
 Eduxitque undam diuinæ verberè virgæ:
 Tunc cunctis dixit bibite: undantemque bibistis
 Attoniti ignotam miranti marmore lympham.
 Et tamen hunc stulto heu! stulti decoratis amictu?
 Vt sese palmis, quas mox strauistis amici,
 Vocibus ut festis stulta indumenta maritant!
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XXXVII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Barabbæ postponitur.

SED canibus, scopulisque loquor: viden ut fera surgat
 Isacidum soboles, facilis scuire Tonanti,
 Ingeminetque sonos, Pilatique ante Tribunal
 Rapietur Christus? causam nouisse iuuabit.
 Crudelem scelerosa iubes renouare dolorem
 Impietas, dirumque nefas, moresque ferarum
 Mæstis flere modis, & lamentabile funus.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Mos

Mos erat Isacidum Populo sub Paschate quendam
Dimisisse reum mortis, viteque latronem.

Clarus ibi ante alios permulta cæde Barabbas
Servabatur adhuc, iugulum crudele daturus :
Heu quoque Christus erat sævæ sacra victima morti.
Isacidum tamen in Christo sententia mortem
Vibrat, & effræni postponitur ille Barabbæ.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Heu quales furias, & lamentabile bellum
Christe subis! toruas acies, Populumque rebellem
Iræ indulgentem pateris, longoque negantem
Supplicio leges, & funera mille parantem.
Vera Dei soboles hæret, fremit impia circum
Plebs orco deuota caput, multumque nocendi
Prodiga: triste odium linguis, atque ore proteruo
Euibrat, insanum numquam domitura furorem
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XXXVIII.

CHRISTI SERVATORIS LAROR

Verberibus afficitur .

SIC est. Damnetur Christus , viuatque Barabbas.
 Quis tamen attonitos gelidus tremor occupat artus?
 Quisue sonat turbo ? trepidas quatit impius aures
 Vnde fragor ? miscent iurata elementa procellas ?
 An sese inter signa cient cœlestia bellum ?
 Per mare sanguineum lacero temone , refactis
 Remigibus , summi disrupto pondere mali
 Naufraga cymba fluit : furit hinc Caurusque , Notusque
 Horrendumque gemit ; furit illinc Africus , isthinc
 Auster inundanti ventorum mole flagellat :
 Verberat hinc totis innixus viribus Euris .
 Fundite perpetuos mea lumina , fundite riuos .
 Infelix furias per tot , tot cymbula fluctus !
 Quæ portum dabit aura ? Notus ? sed perstrepat usque ;
 Africus ? at furias non dedidicisse fatetur .
 Caurus ? barbaricas non dum furor exiit iras .
 Terribilisque Auster ? sed per tua damna tumescit .
 Nulla salus , nisi quam præstat patientia : & ecce

Expo-

*Exposuit durum patientia mitis honorem :
En ultra berculeas monumentum insigne columnas
Vna columna micat : non plus tibi scribimus ultra
Nobile concussæ monumentum insigne carinæ.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .*

*Heu quis adorato mæstum vœtigal aquarum
Naufragio neget? undanti iuuat equore triste
Immersisse caput, iuuat & dare flumina ocellis,
Queis natet erupeus cordis per vulnura sanguis .
Heu vos, dum fundunt mitissima terga cruorem,
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .*

XXXIX.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Spinis coronatur .

SED postquam nostri persulcauere Parentis
Terga flagella, cruor terram lactauit, ab illo
Disceret ut Tellus mitescere sanguine, & ipsum
Disceret a miti mitescere sanguine marmor .
Protinus ut Regem possent decorare; dolorum
Ut melius Regem possent redimire; rubetis
Heu dolor! heu! grauido fixerunt tempora seruo.

XX

I 2

Fun-

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .

Parcite vos spina, si non fera pectora , vestro

Parcite, si qua fides, insigere tempora Regi :

Sit satis in furias acuisse minantia monstra ,

Sit satis heu! miti, minitatas vulnere, Regi

Parcite: ab innocuo tenerescere discite rore .

Sed saxis, spinisque cano: nam seuior ipsis

Carnificum truculenta phalanx ruit impete toto ,

Supremum pressura Deum sub carne latentem .

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .

En pia spinoso diademate tempora cingit ,

Vt quas ille rosas cruor ederet, ornet auito ,

Spina satellitio, Maiestatemque figuret .

Spinæ, crudeles spinæ: queis mitia Christi

Tempora confixisse datum; vos inter amarem

Viuerè, vos inter mea crimina viuerè spinæ .

Illa ego crediderim stimulis bene saucia vestris

Mutatura vices, & quæ mea pectora figunt ,

Figeret è vestra deductum cusptide vulnus .

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos



XL.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Illusio Regni Christi , & de verbo Ecce Homo .

SED ne regali sceptri vacet ille decore ,
 Sceptrum turpe dedit sub arundine : turpius ultra
 Te Regem, te Christe vocat: fatale sed absit
 Nomen; at adsit adhuc, sceleri ne nomina desint .
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .

Interea Pilatus adest: Christumque cruentum
 Vndique conspiciens, Populo monstravit iniquo
 Ut pietas tandem lacerati corporis, illis
 Vtius cobiberet opus, probiberet & iras :
 Ecce Homo , Pilatus retulit: tamen aspera clamat
 Turba frequens, Hominemque neci deuouit iniquæ.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos .

Isacides quis corda furor? quæ liuida mentes
 Abripit ingluuies; satis est spreuisse Tonantem,
 Sit satis; in terras Maestas magna Tonantis
 Consultura Orbi mortali in carne volatus
 Explicuit, patiturque scelus Deus ipse suorum.
 Nec tamen exitiale odium posuistis iniqui ?

Heu

*Heu homo ! mortali quantum trux senore liuor
 Mente stetit ! quantos homo perpeffure labores
 Chrifte venis ! Nomen nimium pœnale tulisti
 Chrifte meum ! nostro quantum velatus amictu
 Impeteris ! (primi crudelia fata veneni)
 Sanguine prob quanto libertas nostra coempta est.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XLI.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Mortis Sententia.

QUIS mihi damnatas iam mæsto è vertice laurus
 Excutit? effugere altum spirantia Phæbum
 Serta comæ; periit vittis labentibus ultro
 Vatum honor; Et miseram fronti mihi serpere taxum
 Heu patior ferale canens : non flumina Cyrrhæ,
 Non totis Cephison aquis, undasque reuoluam
 Pieridum, quando seuæ Vox liuida turbæ
 In caput innocuum necis impia fulmina vibrat.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Seruabat Pilatus adhuc miseratus Iesum,
 Sed male sana Cohors stridoribus æthera complet,

Cæsa-

*Cæsareumque odium minitatur, & impia tandem
 Arbitrio potuit pietatem vincere; Christus
 Damnaturn morti, heu lachrymæ! male cauta libido
 Extorquere potest supremum è corde furorem.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

*Siste cruentatis fulmen signare tabellis
 Ambitiosa lues: tales non Græcus in usus
 It Calamus, funditque nocens non ille venenum.
 Scilicet innocuum premit ambitiosa cupido,
 Et leges, & iura, fidem, pia sœdera gentis
 Vna negat: iuuat humano indulgere Tyranno,
 Et spreuisse Deum: fonti dare thura furori
 Thura ablata Deo: vanis sed quæstibus auras
 Vox ferit; ille truci signauit funera dextra
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*



XLII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Cruce oneratur.

I Amque catenatis sulcatum terga flagellis
 Immanes capiunt; grandi trabe terga fatigant.
 Insuetum pondus! bisennis sarcina grandis
 Vix gestanda viris! quo te tuus impulit ardor
 Heu Cœlestis Atlas? sunt hæc tua membra tenellæ
 Iam primum consueta cruci? prolusit acerbe
 Heu nimium, auspiciū nimium fatale; tenellas
 Vertit in arma trabes, & quæ tibi luserat olim
 Trabs, in damna suo tua pondere iurat: amicos
 Quæ dedit amplexus nunc mortem amplexibus ambit.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Dum Cœli pennata Cohors, loca questibus implet,
 Insuetos mæsta contestans voce dolores
 Diuinus quos format Amor; date flumina nostris
 Luminibus Cœli mentes, ut fletibus altis
 Queis Cælum impletis, Terræ sociata gementi
 Responsent mæsto centena cacumina bombo.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Vos animi, scelerum, quicumque adamante rigetis
 Flecti-

*Flectite Diuino crudelia corda cruore ;
 Dum gemitus Terris, gemitus dum per strepit astris ?
 Dum gemit horrendo sub pondere mitis Iesus,
 Labentique gradu, dubio pede compita lustrat,
 Caluarij quando immitis iuga liuida montis,
 Aonias damnant rupe; largusque cruoris
 Ipse Deus, viuos occluso è pectore fontes.
 Ire dedit, multoque artus decrescere riuo ;
 Fundite perpetuos mea lumina fundite riuos .*

XLIII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Cruci affigitur

I Nterea summi venere ad culminis arcem
 Caluarie; tetra consurgit vertice; saxi
 Pensilibus, fractaque minatur rupe ruinam.
 Hic igitur scelerata Cohors (sua fata reponens)
 Affixum triplici ferrato dente tigillo
 Immanes posuere Deum: ne criminis absint
 Heu socij, geminos inter maculatur amicos,
 Hinc atque inde latro, gemit ictibus undique lignum
 Artubus aternis sternens ferale pheretrum.

VLIX

K

Fun-

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

*Sic patitur sine more Deus, lethaleque lignum
Purpurat, & misero latè stillantia tabo
Membra fluunt, nutantque oculi, riget horrida frontis
Gloria, lucentesque genas iam mortis imago
Inficit, extremos anime extinctura calores.*

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

*Quin beu! dulce fuit triplicata cuspide, quercu
Altius implicitum, mediæ inter funera culpe
Assiduus spectare oculis, aurasque cadenti
Ore recedentes, gemitusque audire supremos:
Et nondum absumptæ vires, non aspera metam
Fert rabies, nondum motus, animumque furentem
Temperat impietas: fixumque in robore Christum
Altiùs attollens, famulantibus inserit astris.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*



XLIV.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Spatium vitæ in Cruce.

DIVE gemis? gemit aura simul: suspiria promissæ?
Et quoque cælestes promunt suspiria luces.

Heu quæ Divino non aura parentet amor?

Heu dolor! heu lachrymæ! totum crux horrida corpus

Suspendit, laniat quæ artus; caput erigat illud.

Alius infigunt spine. Inclinare iuvabit?

Proh dolor! hostiles labor est spectare suorum

Duratosque animos: pedibus manibusque libratum

Sustineat corpus? manibus pedibusque refixis,

Incumbit totum geminato in robore pondus.

Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.

Fronte cruor fluit in vultus, sanguisque cruore

Vndique miscetur, sacros sitibunda liquores.

Ora bibunt, satiantque infernos sanguine Manes.

Væ tibi Væ Sotyma: quam mox dolor obruet! iras

Proh quales furis agitata explebis! adærbas ego rudini.

Stragibus edicent hæc saxa loquacia strages

Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.

En Sol ætherei miseratus funera Regis,
 Obscura nitidam texit ferrugine frontem;
 Æternam Terris mini tatus fundere noctem;
 Passurusque simul diros ardere cometas;
 Scinduntur montes, franguntur marmora duris
 Frigidiora animis, minus ac crudelia circumque
 Omnia dant gemitus morituro elementa Parenti.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

XLV

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Illusio veritatis.

VNVS ad hæc ridet Populus Solymeus: & acres
 Verborum stimulos adigit: blasphemia nomen
 Quale ferit, turpesque inimica intexit honores
 Christe labor tibi qualis erat sufferre tuorum
 Infames voces, conuicia spicula lingue!
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Hiccine, Gens Solyme, Doctor? nonne iste Magister
 Ciuibus optatus, Patriæque? & cuius ab ore
 Dulce diu pendere fuit? qui lumina Legi
 Reddidit obscure, nitidaque in luce locauit?

Nonne

Nonne triumphales per compita festa fragores
 Doctrinae uouit Populus? duodennis honores
 Nonne inter legis Doctores ille disertos
 Obtinuit spectante Popo? Solymaeque Templo,
 Templo Patris, sacra decorauit acumine lingua?
 Anne Puer placuit, tenera quia fulmina uocis
 Nondum terrebant uitiatas crimine gentes?
 Et iuuenis nocuit? facili per inania saltu
 Deseruisse crucem poterat, nisi meta laborum
 Humani generis foret illa, & pignus amoris.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

At frustra; intendunt odijs, uerbisque malignis
 Aeternum maculant Diuini Regis honorem.
 Non tot criminibus foedam Diomedis in aulam
 Inuebitur. Tebanus atrox, non Teffala tanto
 Dicitur insignis mirante uenefica Mundo,
 Quot Christo obijciunt: sedisque per aera uotis,
 Obluctantem animam, corpusque doloribus angunt.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XLVI.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

A Eterna Iudæ, & alterius ex Latronibus damnatio.

Ille tamen gemit aternis damnata suorum.
 Membra, animasq; rogis. Amor est, qui affligit, Amoris
 Ire timor solitus, dolor ire pedissequus, angit
 Ille Deum humani sceleris sub mole, dolorque
 Damnatæ prolis Divinum beu! torquet Amantem.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.
 Indoluit Christus scelerati ad funera Iudæ.
 Proditor ille truci dedit impia colla capistro,
 Conscivitque sibi mortem crudelis, verumque
 Novit, & indoluit Iesus, gemitque latronem
 Tartareis volutantem undis, timuitque Nepotum
 Crimina tanareis nimium iam debita Regnis.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite rivos.

Prob quam mitis amor! patiens mortalis in usum
 Expedit hæc Christus; sed parce piissime Iesu
 Parce tuas lachrymas, & fletus perdere sacros.
 Ille tibi mortem numerosam, & crimine, & auro
 Intulit; hic seuis insultat in arbore verbis.

Ladit

Ledit uterque, fremit, torquet fera fulmina uterque,
 Quorsum amor, & singultantis suspiria cordis?
 Hos tamen esse sui pretium testatur amoris:
 Hos gemit amissos, nihil & iuuisse cruoris.
 Diuini pondus, labor est immanis Amori.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

XLVII.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Ex doloribus Sanctissimæ Virginis.

A H? qualem nunc Virgo gemit te Nate, cruentas
 Effundentem hyemes, sterilem dum flumine largo
 Vincis humum, & nimio inuoluis sub sanguine collem?
 Hiccin ait Natus meus? hic mea vita, meum cor?
 Quem gelidum foui gremio, dum multus Orion
 Incumbit terris, duro quem gramine mersum,
 Spirantemque leues somnos, primasque trahentem
 Ore auras, rigidi seruium munere recti?
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Tu Matrem lenire frequens, cum lata sereno
 Gaudia ridebant vultu, placidusque natabat

Fronte decor, dum Nate tuum mea brachia pondus
 Dulce grauat, nostrumque rudi sub mœnure nomen
 Frangis, & audita properas seruire. Parenti:
 At mihi nunc superest mœror, nunc lumina tristes
 Eliquat in lachrymas: heu te iam flumine rubro
 Largius undantem cerno, crinesque maligno
 Germine concretos, & persulcata flagellis
 Corpora, quam longum hostiles experta lacertos.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Sic gemit alma Parens, & singultantia verba
 Longius ire vetat plenus dolor. Hic tibi grandis
 Christe labor, iuuat immensum sufferre dolorem
 Virginis, hinc proprios materno fonte labores
 Diue rigas, pondusque auges, quo sarcina tandem
 Languentes artus, languentiaque ora resoluat.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.



XLVIII

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Solitudo in Cruce.

FOrte tamen solamen erit pia turba suorum,
 Qui modo singultu, mœx & labentia tarde
 Tempora plorando fallant: sed nulla dolores
 Causa leuat, lenitue quies: languentia Matræ
 Lumina conuertat & mœror detorquet ab illa.
 Hostiles cernat turmas & videt horrida cecæ
 Instrumenta animi. Socios vidisse inuaret;
 Sed fugere: suis tantum sociatus ab umbris
 Christus, vicinæ proludit imagine mori.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
 Diue meos fletus vorantiaque ora benigno
 Sidere cerne.: meis responset vocibus Echo
 Flebilis, atque tuis agitetur nœnia somnis.
 Dum Patrem exorat Natus, queriturque relictus,
 Cur ita clamat & Amat. Bone Iesu iniustus amor est
 Hic furor. Vror ait; tanto quid restat Amori?
 Vsque Mori. Ergo noster amor tibi funus? Hic Vnus.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

*Colles, umbrosi colles, quos horrida circum
 Nubila funereis terrent obducta fauillis,
 Exululate simul, mæstoque per aera planctu
 Succussæ regemant valles: quo mitis, & ardens
 Saltem inter lapides pietatem inuisat Iesus.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

XLIX.

CHRISTI SERVATORIS LABOR

Felle, acetoque potatur.

I*Nterea sitit altus Amor: curritque cruentus
 Miles, arundineo potum cratere ministrat.
 Nectareos huc Hybla suos ferat vda liquores,
 Cæcropiasque ferat volucres huc dulcis Hymettus;
 Quo pia diuinis dent vestigia labris.
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

*Impius at Populus Solymæ miratus biantem,
 Arentemque siti Christum, fera fella, & acetum
 Suppeditat calamo, turgentiaque ora veneno
 Implet auernali: sic est: sitiebat Iesus
 Sed sitis illa animis, non explebatur ab undis.
 Isacides, animos calamo leuiore ministrant*

Felle

*Felle venenatos, & aceto criminis acres.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.
Sed iuuat epoto per pocula dira veneno
Consuluisse siti: mutabunt monstra figuras
Tacta labris: sacro exuget fera spongia ab ore
Cœli delicias, nectarque nitentis Olympi.
Heu quales fert liuor aquas! quæ semina mortis
Ebibit heu! vitæ, furijs præstantibus Author!
Hæcine vina tuis sponsalibus impia proles
Miscuit? has Pharium littus fugientibus undas
Ire dedit? similes forsân fera turba bibistis?
O lachrymis si fella meis, si eriste venenum
Misceret mæror! mæstus quo lumine utroque
Ire liquor posset, mæstoque è pectore vocês.
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

L: & Vltimus:

CHRISTI SERVATORIS LABOR

EXPIRATIO.

EXVE *purpureum Stygijs Hyperiona flammis
Incestata dies, & toto squalida Cœlo
Nubila protendens, caligantesque fauillas,*

L 2

Hor.

Horrendum testare nefas, & seua Tonantis
 Funera centenos nimium lugenda per annos.
 Huc Superi vestros fletus, ægrumque dolorem
 Exercete oculis, summi dum pallida Regis
 Ora cadunt, iamque in mortem ceruice ruenti
 Impia languentes oculos in funera claudunt.
 Heu! moriente Deo; Eheu! emoriente Tonante;
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Ergone tam dirum cæco Styx inuida fundo
 Ausa nefas? potuit tantos armare furores
 Hu neni dum iurata Cohors? manibusque cruentis
 Ire Deum contra, & totis seuire Cerasstis?
 Heu! moriente Deo Eheu! emoriente Tonante;
 Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

Quin ecce (insandum scelus) exitiale frementes
 Proiecere Deum Isacide, sanctumque cruorem
 Calcarunt, odere nouæ promissa quietis
 Fœdera, & Æterni Regnum dotale Parentis.
 En ruit arrecta constructus cuspide miles
 In latus, & iuuat immani præcordia ferro
 Implere, & summas scrutari in pectore fibras;
 Scinditur, ac toto sumat de vulnere sanguis,
 Mollè rigans artus, tepidumque bastile, sub altum
 It pectus, donec sub vitæ arcana sepulchrum
 Exijt, & crudo didicit mitescere ferro.
 Heu! moriente Deo; Eheu! emoriente Tonante;

Fun-

Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.

*Ecquis erit nostris lachrymis modus? excute magnos
Terra sinus, furiasque truces tu debita cedes
Obrue, & insanos expirent nigra tumultus
Tartara, quos dubio formidet cardine Cælum.
Heu! moriente Deo; Eheu! emoriente Tonante;
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

*Iamque tibi Sol, alma diem nox obuia totis
Eripiat Terris, piceaque in nube serenum
Inuoluat. Tuque vltices funesta per umbras
Desine fraternos imitari lumine vultus
Prodigiale rubens, sed pallida funere tanto
Merge profanatum tenebris horrentibus Orbem.
Heu! moriente Deo; Eheu! emoriente Tonante;
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

*Heu, quo me Tellus gremio, quo littora portu
Accipient, Summi videam ne fata Parentis?
At vidisse iuuat. Viden ut suspensa labanti
Corpore membra cadunt? seuis infixaque clauis
Dextra gemit? fundunt diademata dira cruorem,
Fundit ubique latus, currit cum sanguine lympha.
Heu! moriente Deo; Eheu! emoriente Tonante;
Fundite perpetuos mea lumina, fundite riuos.*

*Diue meas lachrymas, madidos & fletibus artus
Cerne meos, dum mæsta tuis mea lumina riuus
Fontibus assiduis, cristisque liquore parentant.*

Heu!

*Heu! fletus renouate Poli , Aligerumque Phalanges
 Vosque sub ætherea rutilantes arce fauilla
 Grande decus Cæli, lucisque micantis Olympi ,
 Condite funesto tectum velamine lumen ,
 Tristis & æthereum ferrugo mordeat aurum .
 Heu! moriente Patre ; heu! viæ moriente Magistro;
 Fundite sanguineos mea lumina, fundite riuos .*

F I N I S.

Ad laudem , & Gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimæque
 Virginis Mariæ .









